**I**n illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celoꝝ thesauro abscondito i agro: quē q̄ iuenit hō, abscondit, & pro gaudio illi⁹ vadit, & vedit vniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnū celoꝝ homini negotiatoꝝ: querenti bonas margaritas. Inuenta vna preciosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit & emit eam. Iterum simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare: & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes / & secus litus sedentes: elegerūt bonos in vasa / malos autem foras miserūt. Sic erit in cōsuminatione seculi. Erībunt angeli & separabunt malos de medio iustorum: & mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia: Dicunt ei.

Juliani

Etiam domine. Virilis.  
mis ista dicitur in regno  
finitis est homini patre  
probit de thesauro suo  
tra. **Off.** **O**fferentia  
pauca eius offerentia  
canone, adducentur in  
min.  
**S**uper has quoniam  
solitas benedictio  
scendat: qui & sanctificatio  
bis clementer operatur: &  
cum nos solennitate letificat  
**Cōio.** **S**imile est regnū celoꝝ  
ni negotiatoꝝ: querenti bonas  
inuenta vna preciosa margarita  
sua et comparauit eam.  
**S**imile est regnū celoꝝ  
pessa q̄s: vt et tēpales  
remedia p̄beant et eternam  
**Sancti Juliani ep̄i & com**



**S**alutem et bonam  
et principem  
vt in illa  
dignitas in  
**ps.** **M**iserere  
misi in eternum carabo. **Credo**  
sunt de sancto iuliano fol  
**Cognati ep̄i & mar.**  
**D**ignati martyris tu  
pontificis solima columus  
pud te misericordibus ad  
**Per dominum.**  
**H**erthosa quoniam  
rember nostra belata  
crificium celebrandum  
tibi corpora mentique san  
**Per dominum.**  
**B**effeti participatio  
ris sacri quoniam  
fuit cui⁹ crequimus cultu  
mus effectum. **Per. Credo**

# Juliani epi. Puri. b. marie. Jo. vij.

Etiam domine. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo: noua et uetera. **Off.** Offerentur regi uirgines, proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione, adducentur in templum regi domino. **Secreta.**

**S**uper has quesumus domine hostias benedictio copiosa descendat / que et sanctificationem nobis clementer operetur / et de martyrum nos solennitate letificet. **Per.**

**Coio.** Simile est regnum celorum homini negotiatozi querenti bonas margaritas inuenta una preciosa margarita dedit oia sua et comparauit eam. **Postcoio.**

**S**implimus dne celebritatis annue uotiuua sacramenta? presta qs / ut et teporalis nobis uite remedia prebeant et eterne. **Per.**

**Sancti Juliani epi et confessoris.**



Tatuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdotii dignitas in eternum.

**ps.** Misericordias domini in eternum cantabo. **Cetera omnia sicut de sancto siluestro folio primo.**

**Ignatii epi et mar. Collecta.**

**D**as omnipotens deus: ut qui beati ignatii martyris tui atque pontificis solennia colimus? eius apud te intercessionibus adiuuemur **Per dominum. Secreta.**

**H**ec hostia quesumus domine emundet nostra delicta / et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. **Per dominum. Postcoio.**

**B**enefecti participatione muneris sacri quesumus dne deus noster: ut cuius exequimur cultum: sentiamus effectum. **Per. Eadem die**

**Brigide uirginis. Collecta.**

**A**udi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate brigide festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur effectum. **Per dominum nostrum. Secreta.**

**A**cepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio / pro tuorum honore sanctorum / quorum se meritis / percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. **Per. Postcoio.**

**S**atiasti dne familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus in sepe interuentione nos refouere? cuius solennia celebramus. **Per.**

**In purificatione uirginis marie Benedictio cereorum. Dominus uobiscum. Oremus.**

**D**eus inestimabilis potentie / cuius unigenitus cum nostra humanitate / hodierna die in templo est a matre uirgine presentatus? **✠** benedicere dignare hos cereos / in honore tui nominis consecratos / et concede per intercessionem beate sepe uirginis marie / ut quicumque hec luminaria pro honore filii tui domini nostri manibus gestauerint / temporali potiantur sospitate? atque ubique istorum flamma fuerit accensa / immundorum repellat spirituum fallitatem: sicut mereatur proferri letitia? quatinus obuiam sponso pergentes / lampadarum lumine splendentes: ad nuptias valeant intrare cum sponso gaudentes. **Per eundem**

**Ad missam. Introitus.**



**A**scipimus deus misericordiam tuam in medio templi tui / secundum nomen tuum deus / ita et laus tua in finibus terre / iustitia plena est dextera tua. **ps. Magnus**

## Purificatio b. marie.

dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. **Collecta.**

**O**mnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus / hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi membris presentari. Per eundem.

**Lectio Malachie prophete. iij.**

**H**ec dicit dominus deus. Ecce ego mittam angelum meum: et preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce veniet: dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius: et quis stabit ad videndum eum: Ipse enim quasi ignis conflagrans: et quasi herba fulgurum. Et sedebit conflagrans: et emundans argentum. Et purgabit filios leui: & conflabit eos quasi aurum et argentum. Et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium iuda & hierusalem sicut dies seculi: & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens.

**R.** Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui, secundum nomen tuum domine, ita & laus tua in fines terre. **V.** Sicut audiuimus ita & vidimus in ciuitate dei nostri. **Alia.** **Ad primam missam v.** Post partum virgo inuiolata permansisti, dei genitricis intercede pro nobis. **Ad magnam missam.** **Alia.** **v.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. **St in lxx.** **Tractus.**

**O**lude maria virgo cunctas hereses sola interemisti. **V.** Que gabrielis archangeli dictis credidisti. **V.** Dum virgo deum et hominem genuisti, et post partum virgo inuiolata permansisti. **V.** Dei genitricis intercede pro nobis.

**Secundum Lucam. ij.**

**I**n illo tempore. Postquam impleti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi: tulerunt iesum in hierusalem vt sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur. Et vt darer hostiam secundum quod dictum est in lege domini par turturum / aut duos pullos colubarum. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon: & homo iste iustus et timoratus / expectans consolationem israel / et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem nisi prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum iesum parentes eius / vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in vlnas suas / & benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum / quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel. **Crede.**

**Offy.** Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum & in seculum seculi. **Secreta.**

**A**udi domine preces nostras, et vt digna sint munera que oculis tue maiestatis offerim / subsidium nobis tue pietatis impende. Per. **Prefatio.** Eterne deus. Et te in purificatione. **Oratio.** Responsum accepit symeon a spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret christum domini. **Postco.**

**Q**uesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: intercedente beata

Ag...  
semper virgine maria &  
bis in medio esse facias  
per dominum nostrum.  
Cagayre virgi. et ma.  
Audeam  
in do  
cum cre  
honor ag  
tyris dom  
na gaudet  
collaudam  
delas. **A**ntiphona  
nra: dico ego opera regi.  
**D**eus qui inter cetera  
ne tu miracula tua  
ru fragili victoriam marie  
liberando propitius: vt  
letitia colimus: per eius ad  
gradiamur. Per dominum  
**Lectio libri sapientie. Eccle.**  
**Confitebor tibi domine**  
collaudabo te deum  
renum. Confitebor nomini  
quoniam adiutor et protector  
es michi: et liberau corpus  
a perditione. A laqueo lingua  
& a labijs operantium meorum.  
Et in conspectu altarum  
michi adiutor: et liberau me  
dum multitudinem misericordie  
tuas. A rugientibus  
tis in eam: de manibus  
animam meam / et de portu  
lationum que circumdederunt  
A pressura hamme que circum  
me: & in medio ignis non sum  
ta. De altitudine ventris me  
qua conquinata & verba mea  
A rege iniquo: et lingua in  
Laudabit bly ad manum  
mea dominum: et bnta mea  
quans erat in infernum  
Circumdederunt me bndis  
ut qui adiualet. Blespi  
ad adiutorium homini: &

semper virgine maria & presens no-  
bis remediū esse facias et futurum.  
Per dominum nostrum.

**Agathe virgi. et mra. Introitus**



Audeamus omnes  
in domino diem fe-  
stum celebrātes sub  
honore agathe mar-  
tyris / de cuius passio-  
ne gaudēt angeli et  
collaudant filium

dei. **Ps.** Eructavit cor meum verbum bo-  
nū: dico ego opera mea regi. **Collecta.**

**D**eus qui inter cetera poten-  
tie tue miracula / etiam in se-  
xu fragili victoriam martyrii cōtu-  
listi: cōcede propiti⁹: vt cuius nata-  
litia colimus ⁊ per eius ad te exēpla  
gradiamur. Per dominum.

**Lectio libri sapien. Ecclesiastici II.**

**C**onfitebor tibi domine rex: et  
collaudabo te deum saluato-  
rem meum. Confitebor nomini tuo  
quoniam adiutor et protector fact⁹  
es michi: et liberasti corpus meum  
a perditione. A laqueo lingue inique  
& a labijs operantium mendacium.  
Et in conspectu altantium fact⁹ es  
michi adiutor: et liberasti me secun-  
dum multitudinē misericordie no-  
minis tui. A rugientibus prepara-  
tis ad escam: de manibus querētū  
animam meam / et de portis tribu-  
lationum que circundederunt me.  
A pressura flamme que circundedit  
me: ⁊ in medio ignis non sum estua-  
ta. De altitudine ventris inferi: ⁊ li-  
gua coinquinata ⁊ verbo mendacis  
A rege iniquo: et lingua iniusta.

Laudabit vsq; ad mortem anima  
mea dominum: et vita mea appro-  
pinquans erat in infernum deorsū.  
Circundederunt me vndiq; / et non  
erat qui adiuuaret. Respiciens erā  
ad adiutorium hominū: ⁊ nō erat.

Demorata sū misericordie tue do-  
mine ⁊ cooperationis tue: que a se-  
culo sunt. Quoniam eruis sustinen-  
tes te: et liberas eos de manu angu-  
stie: domine deus noster. **Ps.** **A** diu-  
uabit eam de vultu suo: deus in medio ei⁹  
non commouebitur. **V.** Fluminis impetus  
letificat ciuitatem dei, sctificauit taberna-  
culum suum altissimus. **Alia.** **V.** Emu-  
loz enim vos dei emulatioze, despōdi vos  
vni viro virginem castam exhibere christo.

**Si in lxx.**

**Tractus.**

**Q**ui seminant in lachrymis in gau-  
dio metent. **V.** Cunctes ibant et fle-  
bant mittentes semina sua. **V.** Venientes  
autem venient in exultatione portantes ma-  
nipulos suos. **Euangelium secun-  
dum Mattheum.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus di-  
scipulis suis parabolam hāc.  
Simile est regnū celozū decē virgi-  
nib⁹: que accipiētes lāpades suas /  
exierunt obuiam sponso et sponse.  
Quinque autem ex eis erant fatue:  
et quinque prudentes. Sed quin-  
que fatue: acceptis lampadibus nō  
sumpserunt oleum secum. Pruden-  
tes vero: acceperunt oleum in vasis  
suis cum lampadibus. Horam autē  
faciente sponso: dormitauerunt et  
dormierunt. Media autē nocte cla-  
mor factus est: ecce spōsus venit exi-  
te obuiam ei. Tunc surrexerunt o-  
mnes virgines ille: et ornauerunt  
lampades suas. Fatue autē: sapien-  
tibus dixerunt. Date nobis de oleo  
vestro: quia lampades nostre extin-  
guntur. Responderunt prudentes  
dicentes. Ne forte non sufficiat no-  
bis ⁊ vobis: ite potius ad vēdentes  
& emite vobis. Dum autē irent eme-  
re / venit spōsus. Et que parate erāt  
intrauerunt cum eo ad nuptias: et  
clausa est ianua. Nouissime vero ve-  
niunt et relique virgines: dicentes.

# Valentini martyris.

Domine/domine: aperi nobis. At ille respondens: ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaque: quia nescitis diem neque horam. **Officium.** Offerentur regi virgines, proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione, adducentur in templum regi domino. **Secreta.**

**S**uscipe munera domine que in beate agathe martyris tue solennitate deferimus/cuius nos confidimus patrocinio liberari. **Per.**

**Cōio.** Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mamillam meam meo pectori restituere, ipsum inuoco deum viuum. **Postcōio.**

**A**uxilientur nobis domine sumpta mysteria: et intercedete beata agatha martyre tua / sempiterna protectione confirmet. **Per.**

**Medastii amadi epōrū. Collecta.**

**Q**uoniam quesumus omnipotens deus: ut ad meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatinus quorum solennia agimus: etiam actus imitemur. **Per dominum. Secreta.**

**S**uscipe domine preces et munera/que ut tuo digna sint conspectu / sanctorum tuorum precibus adiuemur. **Per. Postcōio.**

**Q**uoniam probris sacri et preciosi sanguinis repleti libamine/quesumus domine deus noster: ut quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. **Per dominum.**

**Sotheris virgi. & mar. Collecta.**

**O**mnipotens sempiternus deus qui infirma mundi eligis / ut fortia queque confundas: concede propitius: ut qui beate sotheris martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. **Per. Secreta.**

**D**onstias tibi domine quas tibi offerimus / propitius suscipe / et intercedente beata sothere martyre tua / vincula peccatorum nostrorum ab-

solue. **Per.**

**Postcōio.**

**R**efecti cibo potuque celesti deus noster / te supplices exoramus: ut in cuius hec commemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. **Per. Eadem die scolastice vgi. Col.**

**A**udi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate scolastice festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur effectu. **Per dominum nostrum. Secreta.**

**A**cepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio / pro tuorum honore sanctorum / quorum se meritis / percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. **Per. Postcōio.**

**S**atiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus sepe interuentione nos refouere: cuius solennia celebramus. **Per.**

**Valentini martyris. Introitus.**



**V**irtute tua domine letabitur iustus / et super salutare tuum exultabit vehementer / desiderium anime eius tribuisti ei. **Ps. Quo-**

niam prouenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. **Collecta.**

**R**esta quesumus omnipotens deus: ut qui beati valentini martyris tui natalitia colimus: a cunctis malis imminentiibus eius intercessionem liberemur. **Per. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici xxxi.**

**B**eatissimus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abiit / nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic et laudabimus eum: Fecit enim mirabilia in vita sua Qui probatus est in illo et perfectus inuentus est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi et non est trans-

gressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illi in dño & elemosinas illi enarrabit: ois ecclesia scōzū. **R.** Beat⁹ vir q̄ timet dñm in mādati⁹ ei⁹ cupit nimis. **V.** Potēs in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. **A. I.** **V.** Posuisti domine super caput eius coronam de lapide p̄cioso.

**Secundum Mattheum. x.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari: quia venerim pacē mittere in terram. Non veni pacem mittere: sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum / & filiā aduersus matrem suam / et nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me: nō est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animā suā: perdet illā. Et qui perdidit aiām suā propter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustū in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicumq; potū dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli: amen dico vobis / non perdet mercedē suam. **Offy.** In virtute tua dñe letabitur iust⁹ & super salutare tuū exultabit vehemēter, desiderium anime ei⁹ tribuisti ei. **Secreta.**

**O**blatis q̄s dñe placare muneribus / & intercedēte beato valentino martyre tuo / a cūctis nos de fēde periculis. **Per. Cōio.** Magna est gl̄ia ei⁹ in salutari tuo: gl̄iā & magnū decore⁹ imposuisti super eū dñe. **Postcōio.**

ci.

**S**it nobis dñe reparatio mentis & corporis celeste mysteriū vt cuius exequimur actionem: sentiam⁹ effectū. **Per. Eadē die vitalis, felicule & zenonis marty. Collecta.**

**D**ñs op̄s deus: vt qui beatorū martyzū solēnia colim⁹ & eozū apud te intercessionibus adiuuemur. **Per. Secreta.**

**H**ostias tibi dñe beatorū martyzū dicatas meritis benign⁹ assume / & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. **Per. Postcōio.**

**Q**uesumus omnipotens de⁹: vt qui celestia alimenta percipimus: intercedentibus sanctis tuis / per hec contra omnia aduersa muniamur. **Per dominum.**

**Iuliane p̄ginis & mar. Collecta.**

**I**ndulgentiam nobis dñe beata iuliana martyz implozet: quē tibi grata semper extitit / et merito castitatis: et tue professione virtutis. **Per dominum. Secreta.**

**S**uscipe munera dñe que in bte iuliane martyris tue solēnitate deferimus / cuius nos cōfidim⁹ patrociniō liberari. **Per. Postcōio.**

**A**xilientur nobis dñe sūpta mysteria: & intercedēte beata iuliana martyre tua / sempiterna protectione confirmet. **Per.**

**Cathedra s. Petri. Introitus.**

**S**tatuit ei dominus testamētū pacis / et principem fecit eum / vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. **ps.** Misericordias domini in eternum cantabo. Gloria patri et filio et spiritui sancto. **Collecta.**

**D**eus qui apostolo tuo petro / collatis clauibus regni celestis / ligandi atque soluendi pontificium tradidisti: concede vt inter-

p

## Matthie apostoli.

cessionis eius auxilio / a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui.

**Lectio epistolae beati petri apostoli. i. i.**

**P**etrus apostolus iesu christi / electis aduenis dispersionis / ponti / galatie / capadocie / asie et bithinie / secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus / in obedientiam et asperionem sanguinis iesu christi: gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi: qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vite / per resurrectionem iesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem / et incontaminatam / et immarcessibilem conservatam in celis / in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem / in salutem paratam revelari in tempore nouissimo in quo exultabitis. Modicum nunc si oportet contristari in variis tribulationibus / ut probatio fidei vestre / multo preciosior sit auro quod per ignem probatur: inueniatur in laudem et gloriam et honorem / in reuelatione iesu christi: domini nostri. **Ps.** Exultent eum in ecclesia plebis / et in cathedra seniorum laudent eum.

**V.** Confiteatur domino misericordie eius / et mirabilia eius filii hominum. **Tractus.**

**B**eatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. **Ps.** Potens in terra erit semine eius generatio rectorum benedicetur. **V.** Gloria et diuitie in domo eius et iustitia eius manet in seculum seculi.

**Secundum Mattheum. xv.**

**I**n illo tempore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. Alii autem heliam alii vero hieremiam: aut unum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respon-

des symon petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus: dixit ei. Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi / sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi / quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi: non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram: erit ligatum in celis. Et quodcumque solueris super terram: erit solutum in celis. **Credo. Offiz.** Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

**E**ccliesie tue quesumus domine preces et hostias beati petri apostoli commendet oratio / ut quod pro illius gloria celebramus / nobis profut sit ad veniam. **Per. Prefatio.** Te domine suppliciter exorare. **Credo.** Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. **Postredo.**

**P**roficiet nos domine munus oblatum: ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. **Per dominum.**

**Matthie apostoli. Introitus.**



Ichus autem nimis honorati sunt amici tui deus / nimis confortatus est principatus eorum. **Ps.**

**D**ne probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. **Collecta.**

**Q**uesumus omnipotens deus / ut beatus mathias apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis exuamur. **Per dominum.**

**Lectio actuum apostolorum. i.**

**E**xurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul: fere centum viginti. Viri fratres: oportet impleri scripturam / quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda / qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum / qui connumeratus erat in nobis / et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius / et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus in hierusalem: ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmodum. Fiat commoratio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt / in omni tempore quo intravit et exiit inter nos dominus iesus / incipiens a baptismo iohannis / usque in die qua assumptus est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos: ioseph qui vocabatur barsabas / qui cognominatus est iustus / et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus unum / accipere locum ministerii huius / et apostolatus de quo prevaricatus est iudas / ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis. Et cecidit sortis super mathiam: et annumeratus est: cum undecim apostolis. **Ps.** **D**imis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. **V.** **D**inumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. **Tractus.** **D**esiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. **V.** **D**oniam prevenisti eum in benedictione.

nibus dulcedinis. **V.** **P**osuit in capite eius coronam de lapide precioso.

**Secundum Johannem. xv.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem: sicut dilexi vos. **M**aximam hac dilectionem nemo habet: ut animam suam quis ponat pro amicis suis. **V**os amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. **I**am non dico vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus eius. **V**os autem dixi amicos: quia omnia quecumque audivi a patre meo / nota feci vobis. **N**on vos me elegistis / sed ego elegi vos / et posui vos ut eatis et fructum afferatis / et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo: det vobis. **Credo. Officium.**

**I**n omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. **Secreta.**

**S**acrandum tibi domine munus offerimus / quo beati mathie solentia recolentes / purificationem quomodo nostris mentibus implozamus. **Per. Preterea.** **T**e domine suppliciter. **Credo. V.** **V**os qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. **Postcedo.**

**P**receptis domine sacramentis / suppliciter exoramus: ut intercedente beato mathia apostolo tuo / que pro illius veneranda gerimus passione / nobis proficiant ad medelam. **Per. Albini confesso. pontificis. Collecta.**

**D**a quesumus omnipotens deus / ut beati albini confessoris tui atque pontificis veneranda solentia: et devotionem nobis augeat et salutem. **Per dominum. Secreta.**

**S**ancti tui nos quesumus domine ubique letificent / ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. **Per. Postcedo.**

**P**resta quies opus deus: ut de preceptis muneribus gratias exp  
p ij

## Gregorij pape,

hibentes: beneficia potiora sumamus.  
Per. **De sancto thoma de aquino**  
**oia fiat sicut de sancto antho. folio.**  
**tertio. sed loco Alfa. dicat Tractus**

**B**atus vir qui timet dñm in manda-  
tis eius cupit nimis. **V.** Potens in  
terra erit semen eius generatio rectorum be-  
nedicetur. **V.** Gloria et diuitie in domo eius  
et iusticia eius manet in seculum seculi.

**Gregorij pape. Introitus.**



**S**acerdotes dei bene-  
dicite dñm / scilicet et hu-  
miles corde lauda-  
te deum. **ps.** Bene-  
dicite omnia opera do-  
mini domino laudate et  
superexaltate eum in secula. **Collecta.**

**D**eus qui anime famuli tui gre-  
gorij eterne beatitudinis pre-  
mia contulisti: concede propitius:  
vt qui peccatorum nostrorum pon-  
dere premimur: eius apud te preci-  
bus subleuemur. Per dominum.

**Lectio libri sapien. Ecclesiastici xliiij.**

**E**cce sacerdos magnus qui  
in diebus suis placuit deo:  
& inuentus est iustus. Et in tempore  
iracundie factus est reconciliatio.  
Non est inuentus similis illi: qui con-  
seruaret legem excelsi. Ideo iurem-  
rando: fecit illum dominus crescere in  
plebem suam. Benedictionem omnium gen-  
tium dedit illi: & testamentum suum con-  
firmavit super caput eius. Cognouit  
eum in benedictionibus suis: conseruauit  
illi misericordiam suam & inuenit gratiam co-  
ram oculis dñi. Magnificauit eum in  
conspectu regum: & dedit illi coronam  
glorie. Statuit illi testamentum sepieter-  
num: & dedit illi sacerdotium magnum  
& beatificauit illum in gloria. Fun-  
gi sacerdotio: et habere laudem in  
nomine ipsius. Et offerre illi incen-  
sum dignum in odorem suauitatis.  
**R.** Iurauit dominus et non penitebit eum,

tu es sacerdos in eternum secundum ordinem  
melchisedech. **V.** Dixit dñs domino meo se-  
de a dextris meis. **Tractus.**

**B**atus vir qui timet dñm in manda-  
tis eius cupit nimis. **V.** Potens in  
terra erit semen eius generatio rectorum be-  
nedicetur. **V.** Gloria et diuitie in domo eius  
et iusticia eius manet in seculum seculi.

**Secundum Mattheum. xxv.**

**I**n illo tpe. Dixit iesus discipu-  
lis suis parabolam hanc. Ho-  
mo quidam peregre proficiscens voca-  
uit seruos suos: et tradidit illis bo-  
na sua. Et vni dedit quinq; talenta:  
alii autem duo / alii vero vnum. Uni-  
cuique secundum propriam virtutem: et profe-  
ctus est statim. Abiit autem qui quinq; tale-  
ta acceperat: et operatus est in eis &  
lucratus est alia quinq;. Similiter  
qui duo acceperat / lucratus est alia  
duo. Qui autem vnum acceperat: abi-  
ens fodit in terram & abscondit pecu-  
niam dñi sui. Post multum vero tempo-  
ris: venit dñs seruorum illorum & po-  
suit rationem cum eis. Et accedens qui  
quinq; talenta acceperat: obtulit alia  
quinq; talenta dicens. Dñe: quinq; talen-  
ta tradidisti michi: ecce alia quinq;  
superlucratum sum. **Ait illi dñs eius.** Euge  
serue bone & fidelis: quia super pauca  
fueris fidelis supra multa te con-  
stituam. **Intra in gaudium dñi tui.**  
Accessit autem & qui duo talenta accepe-  
rat: & ait. Dñe: duo talenta tradidi-  
sti michi: ecce alia duo lucratum sum  
**Ait illi dñs eius.** Euge serue bone et  
fidelis: quia super pauca fueris fidelis, su-  
pra multa te constituam. **Intra in gau-  
dium dñi tui.** **Offiz.** Veritas mea & misericordia  
mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur  
cornu eius. **Secreta.**

**A**gnue nobis dñe vt meritis  
tuis hec prosit oblatio / quam immola-  
do totius mundi tribuisti relaxari



**S**icut nos dñs dicitur  
inducti ad beatitudinem  
quod nris meritis non habet  
parricidio aliquid. **Per**  
**Lectio libri sapien. Ecclesiastici**  
**D**ilectus deo et homo  
omnis memoriam habet  
ne est. Similiter illum fecit  
sanctorum: & magnificauit  
more inimicorum & inuictus  
sua placuit. **Glorificauit**  
conspectu regum: et iustitiam

delicta. Per. **Cōio.** Fidelis seruus et prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā vt det illis i tēpoze tritici mēsurā. **Postcōio.**

**D**e⁹ qui beatum gregorū pōtificem scōrū tuorū meritis coequasti: cōcede propiti⁹ vt qui cōmemorationis ei⁹ festa percolim⁹: vite quoq; imitemur exempla. Per. **Sancti Cuthberti epi & cōf. Collet.**

**D**e⁹ qui cōspicis quia ex nulla nra virtute subsistimus: concede ppiti⁹: vt intercessione bti cuthberti cōfessoris tui atq; pōtificis cōtra oīa aduersa muniamur. Per dominum. **Secreta.**

**D**a misericors de⁹ vt hec nos salutaris oblatio / & a ppriis reatib⁹ indefinēter expediat / & ab oī b⁹ tueatur aduersis. Per. **Postcōio.**

**P**resta q̄s dñe deus noster: vt quorū festiuitate votiuā sunt sacramēta: eorum salutaria nobis intercessione reddantur. Per dñm.

**Benedicti abbatis. Introitus.**



**S**i iusti meditabuntur sapientiā / & lingua eius loquetur iudicium / lex dei eius in corde ipsi⁹ ( alfa alfa alleluia.

**ps.** Noli emulari in malignantibus neq; zelaueris faciētes iniquitatem. **Collecta.**

**I**ntercessio nos q̄s dñe bti benedicti abbatis cōmendet: vt quod nris meritis nō valem⁹: eius patrociniō assequamur. Per dñm.

**Lectio libri sapiē. Ecclesiastici xlv.**

**D**ilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum: & magnificauit eū in timore inimicorū / & in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum: et iussit illi coram

ci.

populo suo / et ostendit illi gloriam suā. In fide & lenitate ipsi⁹ sanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius: et induxit illum in nubē. Et dedit illi cor ad p̄cepta et legem vite: et discipline. **Ps.** Dñe p̄uenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis, posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide p̄cioso. **V.** Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. **Sim xl. Tractus.**

**B**eatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. **Ps.** Potens in terra erit semen eius, generatio rectorū benedicetur. **V.** Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculum seculi. **Si post pascha. Alleluia. V.** Iust⁹ germinabit sicut liliū & flozabit in eternū ante dñm. **Secūdum Mattheum. xix.**

**I**n illo tēpoze. Dixit symon petr⁹ ad iesum. Ecce nos reliquim⁹ oīa: & secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis: Ies⁹ aut dixit illis. Amē dico vobis quod vos qui secuti estis me i regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue / sede bitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel.

Et omnis qui reliquerit domū / vel fratres aut sorozes / aut patrē / aut matrem / aut vxorē / aut filios / aut agros / propter nomen meum: cētuplum accipiet: et vitam eternā possidebit. **Crede. Offz.** Desiderium anime eius tribuisti ei domine, et voluntate labiozū eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronam de lapide p̄cioso (alleluia. **Secreta.**

**S**acris altaribus dñe hostias superpositas / sanctus benedict⁹ q̄s in salutem nobis p̄uenire deposcat. Per. **Cōio.** Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia & secuti estis me centuplum accipietis & vitam eternam possidebitis (alleluia. **Postcōio.**

p iij

## In annunciatone b. marie,

**P**rotegat nos dñe cū tui per-  
reptione sacramenti / beatus  
benedictus abbas pro nobis inter-  
cedendo: vt conuersationis eius ex-  
periamur insignia. Per dominum.

**In annunciatone beate Marie.**



**V**rate celi desup /  
et nubes pluant  
iustū / aperiatur  
terra et germinet  
saluatorem alla  
alla. ps. Et iusti-  
tia oriatu simul, ego

dominus creauī eum.

**Collecta.**

**D**eus qui hodierna die verbū  
tuū beate virginis aluo co-  
adunare voluisti: fac nos ita pera-  
gere: vt tibi placere valeam. Per  
eundem. **Si hoc festum celebretur  
post calendas aprilis: non dicatur  
in collecta hodierna die.**

**Lectio ysaye prophete.**

**D**icit dominus deus. Egredietur  
virga de radice iesse: et  
flos de radice ei⁹ ascēdet. Et requie-  
scet super eum spiritus domini / spiri-  
tus sapientie & intellectus / spiritus cō-  
siliij et fortitudinis / spiritus scientie  
et pietatis: et replebit eum spiritus  
timoris dñi. Non secūdu visionē  
oculorū iudicabit / neq; secūdu audi-  
tū aurīū arguet: sed iudicabit in ius-  
titia pauperes / et arguet in equita-  
te pro mansuetis terre. Et percutiet  
terram virga oris sui: et spiritu la-  
biozum suozum interficiet impium.  
Et erit iustitia cingulum lumborū  
eius: et fides cinctorium renū eius.

**R.** Collite portas p̄cipēs vestras et ele-  
uamini porte eternas et introibit rex glo-  
rie. **V.** Quis ascēdet in montē dñi, aut quis  
stabit in loco sancto eius: innocens manib⁹  
et mundo corde. **Simpl. Tractus.**

**A**le maria gratia plena domin⁹ tes-  
cum. **V.** Benedicta tu in mulierib⁹

et benedictus fructus ventris tui. **V.** Spi-  
ritus sanctus superueniet in te, et virtus alti-  
ssimi obumbrabit tibi. **V.** Ideoq; quod na-  
scetur ex te sanctum vocabitur fili⁹ dei. **Si  
celebretur feria v. aut vi. post pascha  
vnicū Alla. scilicet Virga iesse floruit,  
virgo deum et hominem genuit, pacem de⁹  
reddidit in se reconcilians ima sūmis. Nā  
tūc d; predictum R. Collite. Si vero  
sabbato post pascha celebretur: nō  
d; R. Collite, sed loco huius primum  
Alla erit. Post partū virgo inuolata per-  
māisti, dei genitrix intercede p nobis. Et  
secūdu Alla erit Virga iesse. vt supra  
C secundum Lucam.**

**I**n illo tpe. Missus est angel⁹  
gabriel a deo in ciuitatē gali-  
lee: cui nomē nazareth ad virginem  
despōlatā viro / cui nomen erat io-  
seph / de domo dauid: & nomē virgi-  
nis maria. Et ingress⁹ angel⁹ ad eā:  
dixit. Aue gratia plena: dñs tecum.  
Bndicta tu in mulierib⁹. Que cum  
audisset / turbata est in sermone ei⁹:  
et cogitabat qualis esset ista saluta-  
tio. Et ait angelus ei. Ne timeas  
maria: iuenisti enim gratiam apud  
deum. Ecce concipies in vtero & pa-  
ries filium: et vocabis nomen eius  
iesum. Hic erit magnus: et filius alti-  
ssimi vocabitur. Et dabit illi do-  
minus sedem dauid patris e-  
ius: et regnabit in domo iacob in  
eternum / et regni eius non erit fi-  
nis. Dixit autem maria ad ange-  
lum. Quomodo fiet istud / quoniā  
virum non cognosco: Et respondēs  
angelus: dixit ei. Spiritus sanctus  
superueniet in te: et virtus altissimi  
obumbrabit tibi. Ideoq; & quod na-  
scetur ex te sctū: vocabitur fili⁹ dei.  
Et ecce elizabeth cognata tua: et ip-  
sa concepit filium in senectute sua.  
Et hic mensis est sextus illi que vo-  
catur sterilis: quia non erit impossi-

Ambrosi

bilis apud deum omne  
animum maria. Ecce an-  
gelus secūdu beati  
dñi. Hic maria gratia  
plena tu in mulierib⁹ et  
benedicta tu in mulierib⁹ et  
benedictus fructus tui alla.

**I**n mentibus  
et fidei sacramenti  
de qui cōceptum de  
tū & hominem conu-  
salutē resurrexerunt  
ad eternam mercedem p  
letitia. Per eundem  
annūciatione. **V.**  
pater pater filium et vocabis  
emaneat: alla alla.

**O**rationem tuam  
suis infunde: vt qui  
riante: digni filij tui  
cognouimus: per passio-  
nem ad resurrectionem  
duramus. Per eundem.

**Cambion: i. cōfessio. In**  
**S**alutem tuam dñe  
reuerentem  
et p̄cipue  
vt in illa  
dignitas  
alla alla.  
necipis d

curabo.  
**D**e qui cōspicis quia  
vita virtute subditum  
de p̄cipue: vt intercessione be-  
broli cōfessionis tuas p̄cipue  
tra oia aduēta misericordiam

**Lectio iohannis baptiste.**  
**E**cce sacerdos magnus  
in diebus suis placuit  
& inuentus est iustus. Et in  
vacundie factus est rōmā  
Non est inuentus similis illi  
suaret legem eredi. **V.**  
tando: fecit illi domin⁹  
plum suā. Benedictionē o

# Ambrosij epi & confessoris. Ho. xij

bile apud deum omne verbū. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi. Fiāt mihi: secundū verbū tuū. **Oratio.**

**Oratio.** Ave maria gratia plena dñs tecū benedicta tu in mulierib⁹ et benedictus fructus ventris tui (alfa). **Secreta.**

**I**n mentibus nostris dñe vere fidei sacramenta confirma, vt qui cōceptum de virgine deū verū & hominem confitemur / per eius salutifere resurrectionis potētiam / ad eternam mereamur peruenire. letitiā. Per eundē. **Prefatio.** Et te in annūciatione. **Oratio.** Ecce virgo cōcipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ei⁹ emmanuel (alfa alfa). **Postcōio.**

**O**ratiam tuam dñe mētib⁹ nostris infūde: vt qui angelo nūciante / christi filij tui incarnationē cognouimus: per passionem eius & crucē ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundem.

**Ambrosij epi cōfesso. Introitus.**



Statuit ei domin⁹ testamentū pacis / et principē fecit eū / vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū (alfa alfa). **Ps.** Mite ridoz dias dñi in eternū

cantabo.

**Collecta.**

**D**e⁹ qui cōspicis quia ex nulla nra virtute subsistim⁹: cōcede ppiti⁹: vt intercessione beati ambrosij cōfessoris tui atq; pōtificis / cōtra oīa aduersa muniamur. Per.

**Lectio libri sapien. Ecclesiastici xliiij.**

**E**cce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: & inuentus est iustus. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio.

Non est inuentus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando: fecit illū domin⁹ crescere in plebem suā. Benedictionē oīm gen

ci

tium dedit illi: & testamētū suū confirmauit super caput ei⁹. Cognouit eū in bñdictionib⁹ suis: conseruauit illi miā suā & inuenit gratiam coram oculis dñi. Magnificauit eū in cōspectu regū: & dedit illi coronam glie. Statuit illi testamentū sēpiternum: & dedit illi sacerdotiū magnū & beatificauit illū i glia. Fūgi sacerdotio: & habere laudē in noīe ipsius Et offerre illi incensum dignum in odore suauitatis. **Ps.** Ecce sacerdos magn⁹ qui in dieb⁹ suis placuit deo. V. Nō est inuent⁹ similis illi qui cōseruaret legem excelsi. **Si in xl. Tractus.** Beatus vir.

**vt in sancto Gregorio filio. r. Si post pascha: nō dicitur predictū. **Alfa.****

**Alfa.** V. Inueni dauid seruū meū oleo scto meo vñxi eū. **Alfa.** V. Posui adiutoriū super potētē, et exaltaui electū de plebe mea. **Si tñ celebretur v. vel vi. feria intra oct. pasche dicitur. **Alfa.****

**Alfa.** V. Inueni dauid. **Secundum Mattheum. xliiij.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset / vigilaret vti que et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: qz qua nescitis hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens / quem constituit dominus suus super familiam suā / vt det illis cibum in tempore: Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus eius / inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super oīa bona sua: constituet eum. **Oratio.**

**Oratio.** Veritas mea & miā mea cū ipso et in nomine meo exaltabit cornu ei⁹ (alfa). **Secre.**

**D**A misericors deus: vt hec nos salutaris oblatio et a p

p iij

## Tyburrij & Georgij martyris,

prorsus reatibus indesinenter expediat/et ab oibus tueatur aduersis.  
**Per. Cōio.** Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensurā alleluia alleluia.

**Postcōio.**  
**P**resta q̄s dñe deus noster: vt quozū festiuitate votiuua sunt sacramēta: eozum salutaria nobis intercessione reddantur. **Per.**

**C. Tibur. vale. et mari. Introitus.**



Sanci tui domine benedicent te/ gloriā regni tui dicent alleluia. **ps.** Exaltabo te deus meus rex et benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi.

**Collecta.**  
**P**resta q̄s ois deus: vt qui sāctorū tuozū tyburrij/valeriani/ & marini/ solennia colimus: eozū etiā virtutes imitemur. **Per.**

**Lectio libri sapientie.**

**I**usti in perpetuum viuunt: et apud dñm est merces eozum/ et cogitatio eozum apud altissimū. Ideo accipient regnum decoris/ et diadema speciei de manu domini: quoniā dextera sua teget eos & brachio suo defendet illos. Accipiet armaturam zeli illius: & armabit creaturam ad vltionem inimicorū. Induent pro thorace iustitiam: et accipient pro galea iudicium certum. Sument scutū inexpugnabile equitatem: ibunt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos: dominus deus noster. **ps.** Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malitie. **v.** Visi sunt oculis insipientium mozi illi autem sunt in pace.

**Alfa. v.** Mirabilis dñs noster in sāctis suis.

**Secundum Mattheum. x.**  
**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto

vos: sicut oues in medio lupozum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Caute autem ab hominibus. Tradēt em̄ vos in concilijs: & in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad presides et ad reges ducemini propter me: in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquāmini. Dabitur enim vobis in illa hora: quid loquāmini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris v̄ri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortē: et pater filium. Et insurgent filij in parentes: et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus: propter nomē meū. Qui autē perseuerauerit vsq̄ in finem: hic saluus erit. **Offz. Ne** tamini in domino et exultate iusti, et gloriāmini om̄es recti corde (alfa).

**Secreta.**  
**H**ostia hec q̄s dñe / quā in sāctorū tuozū natalitijs recenses offerimus / et vincula nostre prauitatis absoluat / & tue nobis misericordie dona conciliet. **Per. Cōio**  
**G**audete iusti in dño (alfa) rectos decet colaudatio (alfa).

**Postcōio.**  
**S**acro munere satiati / supplices te dñe deprecamur: vt qd̄ debite seruitutis celebrā<sup>9</sup> officio: & saluationis tue sentiam<sup>9</sup> augmētū. **Per. C. Georgij mar. Introitus.**



Noteristi me de<sup>9</sup> a conuentu malignantium (alfa) a multitudine operantium iniquitatem (alfa) (alfa) **ps.**

**E**xaudi deus orationem meam cum deprecor a timore, inimici eripe animam meam. **Collecta.**

**D**eus qui nos beati georgij martyris tui meritis et inter-

cessione letificas ⁊ concede propiti⁹:  
vt qui eius beneficia poscimus ⁊ do-  
na tu⁹ gratie consequamur. Per.

**Lectio libri sapien. Ecclesiastici xxxi.**

**B**eatus vir qui inuēt⁹ est sine  
macula: ⁊ qui post aurum nō  
abiit / nec sperauit in pecunie thesau-  
ris. Quis est hic et laudabimus eū:  
Fecit enim mirabilia in vita sua.

Qui probatus est in illo et perfect⁹  
inuentus est: ⁊ erit illi glōria eterna  
Qui potuit transgredi et non est  
transgressus: et facere mala et non  
fecit. Ideo stabilita sunt bona illi-  
us in domino: et elemosinas illius  
enarrabit: omnis ecclesia sancto-  
rum. **Alfa. v. Iustus** vt palma flo-  
rebit, et sicut cedrus multiplicabitur.

**Secundum Lucam. ix.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus di-  
scipulis suis. Si quis vult post  
me venire: abneget semetipsum / et  
tollat crucem suā quotidie et sequa-  
tur me. Qui enim voluerit animam  
suam saluam facere: perdet illam.

Nam qui perdidit animam suā  
propter me: saluā faciet illā. Quid  
enim proficit homo / si lucretur vni-  
uersum mundum / se autem ipsum  
perdat / et detrimentum sui faciat:  
Nam qui me erubuerit et meos ser-  
mones: hunc filius hominis erube-  
scet / cum venerit in maiestate sua / ⁊  
patris ⁊ sanctorum angelorum. Di-  
co autem vobis: vere sunt aliqui hic  
stantes qui non gustabunt mortē /  
donec videant regnum dei. **Offz.**

**C**ōfitebūtur celi mirabilia tua dñe ⁊ veri-  
tatem tuam in ecclesia sanctorum alleluia  
alleluia. **Secreta.**

**M**anera domine oblata facti-  
fica ⁊ intercedēte beato geor-  
gio martyre tuo / nos a peccatorum  
nostroꝝ maculis emunda. Per.

**Cōio. I**etabitur iustus in domino ⁊ spe-

rabit in eo: et laudabuntur omnes recti cor-  
de alla alla. **Postcōio.**

**S**upplices te rogam⁹ oīpotēs  
deus: vt quos tuis reficis sa-  
cramentis: intercedente beato geor-  
gio martyre tuo tibi etiam placitis  
morib⁹ dignāter tribuas deseruire.

Per. **Marci euangeli. Introitus**



**I**n medio ecclesie appe-  
ruit os eius / et imple-  
uit eum dominus spi-  
ritu sapientie et intelle-  
ct⁹ / stola glorie induit  
eum alla alla alla. **ps. Iocunditatē**  
et exultationem thesaurizauit super eum.

Glōria patri. **Collecta.**

**E**ccliam tuā dñe benignus  
illustra: vt beati marci euā-  
geliste illuminata doctrinis: ad do-  
na perueniat sempiterna. Per.

**Lectio libri sapien. Ecclesiastici xv.**

**Q**ui timet deum faciet bona.

Et qui cōtinens est iustitie ap-  
prehendet illam: ⁊ obuiabit illi qua-  
si mater honorificata. Cibauit illū  
pane vite ⁊ intellect⁹ et aqua sapiē-  
tie salutaris potauit illū. Et firma-  
bitur in illo et non flectetur: et con-  
tinebit illum et non confundetur / et  
exaltabit illū apud p̄ximos suos.  
In medio ecclesie aperuit os eius: et  
impleuit eum dominus spiritu sa-  
pientie et intellectus / et stola glorie  
induit eum. Iocunditatem ⁊ exulta-  
tionem: thesaurizauit super eū. Et  
nomine eterno hereditabit illū: do-  
minus deus noster. **R. O**s iusti medi-

tabitur sapientiam, et lingua eius loquetur  
iudiciū. **V. Ver** dei eius in corde ipsius ⁊ nō  
supplantabuntur gressus eius. **Alfa. v.**

**P**rimus ad sion dicet ecce adsum ⁊ hierusa-  
lem euāgelistant dabo. **Alfa. v. Nō** vos

me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos  
vt eatis et fructum afferatis et fructus ve-  
ster maneat. **Si v. vel vi. feria pasche**

## Vitalis martyris.

euenerit: dicitur *Ps.* cū primo *Alfa.*  
tantum. Si deinceps: obmittitur *Ps.*  
& dicitur duo alleluia cū versiculis  
*Secundum Johannem. xv.*

**I**n illo tempore. Dixit iesus di-  
scipulis suis. Ego sum vitis  
vera: et pater meus agricola est. Om-  
nem palmitem in me non ferentē  
fructum tollet eum: et oēm qui fert  
fructum purgabit eum/ vt fructum  
plus afferat. Jam vos mundi estis:  
propter sermonem quē locutus sū  
vobis. Manete in me et ego in vo-  
bis. Sicut palmes non potest ferre  
fructum a semetipso / nisi manserit  
in vite: sic nec vos nisi in me manse-  
ritis. Ego sum vitis: et vos pal-  
mites. Qui manet in me & ego in eo/  
hic fert fructum multum: quia sine  
me nichil potestis facere. Si quis in  
me non manserit: mittetur foras si-  
cut palmes et arefcet/ et colligēt eū/  
et in ignem mittent/ & ardet. Si mā-  
seritis in me et verba mea in vobis  
manserint: quodcunque volueritis  
petetis/ et fiet vobis. In hoc clarifi-  
catus est pater meus: vt fructū plu-  
rimum afferatis / et efficiamini mei  
discipuli. Sicut dilexit me pater: et  
ego dilexi vos. Manete in dilectio-  
ne mea. Si precepta mea seruaueri-  
tis/ manebitis in dilectione mea: si-  
cut et ego patris mei precepta serua-  
ui/ & maneo in eius dilectione. Hec lo-  
cutus sum vobis: vt gaudium meū  
in vobis sit/ & gaudium vestrū im-  
pleatur. *Crede. Offz.* Repleti su-  
mus mane misericordia tua & exultauimus  
et delectati sumus alleluia. *Secreta.*

**S**uscipe munera domine que  
in eius tibi solennitate deferi-  
mus/ cuius nos confidimus patro-  
cinio liberari. *Per. Non dicitur pre-  
fatio. Cōio.* Ego sum vitis vera et vos  
palmites, qui manet in me et ego in eo, hic

fert fructum multum alfa. *Postcōio.*

**B**enefecti cibo potusq; celesti de-  
suo dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis / et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum / recoz datus mie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abrahā & semini ei in secula. Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus & reuersa est in domum suam. **Crede. Offz.**

**H**elic nāq; es sacra virgo maria et oī lau de dignissima, quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster alleluia. **Prefatio.** Et te in visitatione. **Secreta.**

**O** mps se piterne deus qui curā de oībus in te cōfidētib; semp habes: presta q̄s / vt per oblationem quam tibi offerim; visitationē spiritalē beate marie virginis in nris necessitatib; sentiamus. **Per. Cōio.**

**B**eata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. **Postcōio.**

**O** mni potens sempiterne deus qui commemorationem beate marie virginis matris filij tui dñi nostri iesu christi fieri voluisti: presta quesumus: vt per merita visitationis ipsius / eterni conuiuij particeps efficiamur. **Per eundem.**

**Eodem die processi et martiniani martyrum.** **Introitus.**

**I**udicāt sancti gentes & dominātur populis / & regnabit dominus deus illoz in perpetuum. **ps.** Exulta-

te iusti in domino rectos decet collaudatio. **Gloria patri.** **Collecta.**

**D**eus qui nos sanctorum tuoz rū processi et martiniani / confessionibus gloriozis circūdas & protegis: da nobis et eozum imitatione proficere: et intercessione gaudere. **Per. Lectio libri sapientie. v.**

**S**tabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se an-

gustauerūt: & qui abstulerunt labores eozum. Aidentes turbabūtur timore horribili: et mirabuntur in subitatione insperate salutis. Dicētes intra se / penitentiam agentes: & pre angustia spiritus gementes. Hi sūt quos aliquādo habuim; in derisū: & in similitudinem improperij. Nos insensati vitā illozū estimabam; insaniā: et finem illozū sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei: et inter sanctos soz; illozū est. **Ps.** Exultabūt sācti in gloria letabūtur in cubilib; suis. **P.** Cantate dño cāticū nouū laus eius in ecclesia sanctorum.

**Alfa. v.** Mirabilis dñs noster in sanctis suis. **Secundū Mattheum. xxviii.**

**I**n illo tempore. Sedente iesu super montem oliueti: accesserūt ad eū discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erūt: & quod signū aduētus tui / & cōsumationis seculi. Et respōdēns iesus: dixit eis. Videte: ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo / dicentes ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia et opiniones preliozū. Videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem: & regnum in regnū et erunt pestilentie et fames / et terremotus per loca. Hec autem oīa initia sunt dolorum. Tunc tradēt vos in tribulatione: et occident vos. Et eritis odio omnib; gentib;: propter nomen meū. Et tūc scādālizabūtur multi & inuicem tradēt: & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgent & seducēt multos. Et qm̄ abūdauit iniquitas: refrigescet charitas multozū. Qui autē perseuerauerit vsq; in finem: hic salu; erit.

**Offz.** **G**loriabuntur in te oēs qui diligūt nomen tuū, quoniam tu domine benedices

## In transla. s. Martini.

iustis, domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

**Secreta.**

**S**uscipe domine preces et miterera / que ut tuo sint digna conspectu / sanctorum tuorum precibus adiuvemur. Per. **Cōio.** Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.

**Postcōio.**

**A**dporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine / que sumus domine deus noster: ut quod pia deuotione gerimus: certa redemptione capiamus. Per. **In translatione sancti Martini episcopi et confessoris.**

**Introitus.**



Statuit et dominus testamentum pacis / et principem fecit eum / ut sit illi sacerdotii dignitas in eternum.

**Ps.** Misericordias

domini in eternum cantabo. **Collecta.**

**D**eus qui cōspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius ut intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis / contra omnia aduersa muniamur. Per. **Lectio libri sapientie. Ecclesiastici xliii.**

**E**cce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuentus est iustus. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio.

Non est inuentus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Ideo iureu-rando: fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: et testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam et inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sepi-

ter: et dedit illi sacerdotium magnum et beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio: et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.

**Inueni dauid seruum meum, oleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Ps. Nichil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit eum. H. Ps. Hic martinus pauper et modicus celum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur. C. Secundum Mattheum. xliii.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vigilate: quia nescitis qua hora dominus uenit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur uenturus esset / uigilaret utique et non sineret perfodiri domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis hora filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens / quem constituit dominus super familiam suam / ut det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus: quem cum uenerit dominus eius inuenit sic facientem. Amen dico uobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. **In eodem uero natali euangelium. Sint lumbi. folio. ii. Offertorium.** Inueni dauid seruum meum, oleo factio unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**D**a misericors deus / ut hec nos salutaris oblatio / et a propriis reatibus indefinenter expediat, et ab omnibus tueatur aduersis. Per.

**Cōio.** Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. **Postcōio.**

**R**esta quies domine deus noster: ut quorum festiuitate uotiuua sunt sacramenta: eorum salutaria nobis in intercessione reddantur. Per. **In oct. et per oct. aplos. petri et pauli. Offitium.**

In octa



Sapientia narrat per dem ecclesia eorum lum

caritatis in domino certis no. Gloria in excelsis. **D**eus cuius dicitur: **D**rum ambulat ne mergatur: et eius panis terro de profundo pelagi libe di nos propitius: et con boni meritis eternam consequamur. **Ps. xxviii. Ectio.**

**H**ic sunt uerba: que

de oblivione no

Cum semine eorum per

na: hereditas sancta nep

et in testamentis dicitur

et in eorum propter eos d

nummanent. Generatio

ria eorum non derelinquet

ra eorum in pace sepulta

men eorum uiuet in secula

tiam eorum narrabunt oes

laudem eorum pronunciat

sanctorum. **In oim terra**

eorum, et in fines orbis terre

Celi martia gloriam dei, et ope

rias annuntiat firmamentum.

Per manus eius: prodigia multa in plebe.

**Secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore. Inuit scipulos suos alimder uiculam / et precedere uini turti: donec dimitteret turbas multa turba: ascendit in montes orare. Resperit autem facies erat tibi: nauicula autem demari tractabatur fluctibus. **In illis cōtrariis uentus.**

In octa. apo. petri & pauli. Ho. xxvii.



Sapientiam sanctorum narrat populi & laudem eorum nunciat ecclesia / nomina aut eorum uiuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Gloria in excelsis. Collecta.

Deus cuius dextera beatum petrum ambulat in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius paulum tertio naufragantem / de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius: et concede ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Qui uiuis.

Lectio libri sapien. Ecclesiastici. xliiii. Hi sunt uiri iusti: quorum iustitie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamento stetit semen eorum: & filii eorum propter eos usque in eternum manent. Generatio eorum & gloria eorum: non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & nomen eorum uiuet in secula. Sapientiam eorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum pronunciat omnis ecclesia sanctorum. V. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terre uerba eorum. V. Celi enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. H. I. Per manus aut apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.

Secundum Mattheum. xliiii. In illo tempore. Iussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam / et precedere eum trans fretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto / solus erat ibi: nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat autem illis contrarius ventus. Quarta.

ta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans super mare. Et uidentes eum supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes / quia fantasma est. Et pro timore clamauerunt. Statimque iesus locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere. Respondens autem ei petrus: dixit. Domine: si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula: ambulabat super aquam: ut ueniret ad iesum. Uidens uero uentum validum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine: saluum me fac. Et continuo iesus extendens manum apprehendit eum: & ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam: cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant uenerunt / et adorauerunt eum dicentes. Uere filius dei es. Non dicitur Credo. nec Prefatio. Offerto. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Offerimus tibi domine preces & munera / que ut tuo digna sint conspectu / apostolorum tuorum precibus adiuuemur. Per. Coio. Ego uos elegi de mundo ut eatis, et fructum afferatis, et fructus uester maneat. Postcoio.

Protege domine populum tuum: et apostolorum tuorum patrocinio confidentem: perpetua defensione conserua. Per dominum. Septem fratrum mar. Introitus.



Laudate pueri dominum, laudate nomen domini / qui habitare facit sterile in domo matrem filiorum letantem. ps. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum. Collecta.

...tini. ...magnu ... glozia. Fun ... habere laudem in ... offerre illi incen ... obozem suauitatis. ... meo meo, oleo sancto ... mea auxiliabitur ei & b ... bit eu. ... proficet ... iniquitatis non nocet ... m ... pau ... modic ... h ... celestis ... hono ... Mattheum. xliiii. ... Dicit iesus di ... uigilate: quia ne ... omnis uester be ... autem scitote: quo ... terfamilias qua ho ... esset / uigilaret ut ... ret perfodi domum ... os estote parati: qu ... filius hominis ue ... tas est fidelis ser ... em constituit dñs ... ut det illis cibum ... as ille seruus: que ... is inuenerit sic fa ... obis: quonia super ... constituet eu. In ... gelum. Sint lumi ... um. Inueni dauid ... h ... man ... est ... h ... meum con ... Secreta. ... de? / ut her nos ... oblatio / et a pro ... desueter expediat ... atur aduersis. Per ... ruius et prudens que ... miliam suam, ut det illis ... uenturam. Postcoio. ... dñe deus noster: ut ... uitate uerba sunt ... salutaris nobis in ... atur. Per. C. In oct. ... petri & pauli. Offi.

## Septem fratrum martyrum.

**D**esta quesumus oꝑs deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua cōfessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum.

**Lectio libri sapientie.** **v.**

**I**sti in perpetuum viuunt: et apud dñm est merces eorum / et cogitatio eorū apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris / et diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua teget eos / et brachio suo defendet illos. Accipiet armaturam zeli illius: et armabit creaturam ad vltionem inimicorū. Induent pro thorace iustitiam: et accipient pro galea iudicium certum. Sument scutū inexpugnabile equitatem: ibunt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos: dñs deus noster. **R.** Ecce q̄ bonum et quā iocundum habitare fratres in bñm. **V.** Sicut vnguētum in capite quod descendit in barbam, barbam aaron. **H. I. A. V.** Te martyrum candidatus laudat exercit⁹ dñe.

**Secundum Mattheum.** **xii.**

**I**n illo tempore. Loquēte iesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris / querentes loqui ei. Dixit autē ei quidā. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens / dicens tibi ait. Que est mater mea / et qui sunt fratres mei: Et extendens manum in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicūq; eñ fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse meus frater / et soror et mater est. **Offiz.** Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū, laque⁹ cōcrit⁹ est et nos liberati sum⁹. **Secreta.**

**S**acrificiis presentib⁹ domine quesumus intende placat⁹ / et intercedentibus sanctis tuis deuotioni nostre proficiant et saluti.

Per dominum nostrum iesum chꝛistum. **Cōdio.** Quicūq; fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse meus frater, soror et mater est dicit dñs. **Postcōdio.**

**Q**uesumus omnipotens de⁹: vt illius salutaris capiam⁹ effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum.

**In translatione sc̄ti bñdicti sicut in ei⁹ nata. folio xi.** **In clara valle sanctorū martyꝝ eutropii / zozine / et bonose / fiat sicut de sc̄to mauricio / sociis ei⁹ vt in eius festo. tacēdo in collecta eorū nomina. Quādo alijs dieb⁹ per annū de eisdem martyribus missa celebratur / tūc collecte sequentes dicuntur. Collecta.**

**D**eus qui beatos eutroptum zozinam et bonosā martyꝝ gloria mirifice decorasti: da nobis famulis tuis eorū pijs meritis / et in oīni tribulatione succursū: et in hostili tentatione triumphum. Per dominum nostrum. **Secreta.**

**S**timenda domine de⁹ tue pietatis libamina / ab omni nos mentis et corporis iniquatione purificent / quibus sanctorum martyrum tuorum suffragantibus meritis et de spiritalibus malis veniā et de temporalibus patientiam consequamur. Per dñm. **Postcōdio.**

**Q**uesumus omnipotens deus vt famulos tuos ignis tue inspirationis inflammet: et quos suscepti sacrificii tui timor humiliat / sanctorum martyrum tuorum intercessio nomini tuo faciat esse deuotos. Per dominum nostrum iesum.

**Margarete virginis. Collecta.**

**O**mnipotens sempiternus deus qui infirma mundi eligis / vt fortia queq; cōfūdas: cōcede propitius: vt qui beate margarete martyris tue solētia colimus: ei⁹ apud



laudant filium dei. **Ps. Et**  
meum beuim bonum: dico ego  
regi.

**E**audinos vt saluta  
ter: vt firm de beate  
magdalene festinam gaudē  
ita pie deuotionis tribuam  
tu. Per dominum. **Lectio**  
sapientie. **Prophetia**

**Q**uierem forte quis in  
procul et de diuinis  
prium eius. Confidit in ta  
tant spolis non indiget. **A**  
ti.

te patrociniā sētiam⁹. per. **Secreta.**

**H**ostias dñe quas tibi offeri-  
m⁹ propiti⁹ suscipe / & interce-  
dēte beata margareta martyze tua  
vincula peccatorum nostrorum ab-  
solue. Per. **Postcōio.**

**R**efecti cibo potusq̄ celesti de⁹  
noster te supplices exoram⁹:  
vt in cuius commemoratione perce-  
pim⁹: ei⁹ muniamurq̄ precib⁹. Per.

**Oraredis virginis. Collecta.**

**A**audi nos deus salutaris no-  
ster: vt sicut de beate praxedis  
festiuitate gaudemus: ita pie deuo-  
tionis erudiamur effectu. p. **Secre.**

**A**ccepta tibi sit domine sacra-  
te plebis oblatio / pro tuorū  
honore sanctorum / quorum se meri-  
tis percepisse de tribulatione cogno-  
scit auxilium. Per dñm. **Postcōio.**

**S**atiasti domine familiā tuā  
muneribus sacris: ei⁹ quesu-  
m⁹ semper interuentione nos refo-  
ue: cuius solennia celebramus. Per

**Sācte Marie magdalene. Offiū.**



Audeamus om-  
nes in dño diem  
festum celebrātes  
sub honore marie  
magdalene de cu-  
i⁹ solēnitāte gau-  
dent angeli et col-

laudant filium dei. **ps.** Eructauit cor  
meum verbum bonum: dico ego opera mea  
regi. **Collecta.**

**A**audi nos de⁹ salutaris no-  
ster: vt sicut de beate marie  
magdalene festiuitate gaudemus:  
ita pie deuotionis erudiamur effe-  
ctu. Per dominum. **Lectio libri  
sapientie. Proverbiorum xxxi.**

**M**ulierem fortē quis inueniet:  
Procul / et de vltimis finibus  
pretium eius. Confidit in ea cor viri  
sui: et spolijs non indigebit. Reddet  
ei.

bōnum et non malum: omnib⁹ die-  
bus vite sue. Quesiuit lanam & linū:  
et operata est consilio manuum sua-  
rum. Facta est quasi nāuis instito-  
ris: de longe portans panem suum.  
Et de nocte surrexit: deditq̄ predā  
domesticis suis, et cibaria ancillis  
suis. Cōsiderauit agrum & emit eū:  
de fructu manuum suarū plātauit  
vineam. Accinxit fortitudine lūbos  
suos: et roborauit brāchium suum.  
Gustauit et vidit quia bōna est ne-  
gotiatio eius: non extinguetur in  
nocte lucerna eius. Manum suam  
misit ad fortia: et digiti eius appre-  
henderunt fulum. Manum suam  
aperuit inopi: et palmas suas extē-  
dit ad pauperem. Non timebit do-  
mū sue ā frigoribus niuis: omnes  
enim domestici eius vestiti sunt du-  
plicibus. Stragulatāmbēstem fecit  
sibi: bissus purpura indumentū ei⁹.  
Nobilis in portis vir eius: quando  
federit cum senatoribus terre. Syn-  
donem fecit & vendidit: & cingulum  
tradidit chāhaneo. Fortitudo et de-  
cor indumentū ei⁹: & ridebit in diē no-  
uissimo. Os suum aperuit sapientie  
et lex clementie in lingua eius. Con-  
siderauit semitam domus sue: et pa-  
nem otiosa non comedit. Surrexe-  
runt filij eius / et beatissimam predi-  
cauerunt: et vir eius laudauit eam.  
Multe filie cōgregauerūt diuitias:  
tu supergressa es vniuersas. Fallax  
gratia / et vāna est pulchritudo: mu-  
lier timens deum ipsa laudabitur.  
Date ei de fructu manūū suarum:  
& laudēt eā in portis opera eius. **U.**

**S**pecie tua et pulchritudine tua intende  
prosperare procede et regna. **V.** Propter veri-  
tatem, & māuetudinem et iustitiam, & dedu-  
cet te mirabiliter dextera tua. **Alia. V.**  
Surrexit dñs & occurrēs mulierib⁹ ait aue-  
te, tunc accesserunt & tenuerunt pedes eius.

## Apollinaris epi & marty,

**C** *Secundum Lucam.* **vi.**

**I**n illo tempore. Rogabat iesum quidam phariseus: vt māducaret cum illo. Et ingressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod accubisset in domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: & vnguento vnguebat. Videns autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta: sciret vtiq; que & qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister: dic. Duo debitores erant cuiusdam feneratori: vnus debebat denarios quingentos / et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtriusq;. Quis ergo eum plus diligit: Respondens simon dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit simoni. Vides hanc mulierem: Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos / et capillis suis terxit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata multa / quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit: Dixit autem ad mulierem. Fides tua:

te saluam fecit. Vade in pace. **Offiz.**

**A**ngelus domini descendit de celo, et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia.

**Secreta.**

**A**ccepta tibi sit domine sacra te plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum / quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. **Per. Cōio.** Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum.

**Postcōio.**

**S**atiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refove: cuius solennia celebramus.

**Per dñm. C Apollinaris episcopi et martyris.**

**Introitus.**



**S**acerdotes dei benedicite dominum / sancti et humiles corde laudate deum. **ps.** Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.

**Collecta.**

**D**eus qui nos beati apollinaris martyris tui atq; pontificis annua solennitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus: de eiusdem etiam protectione gaudeamus. **Per dominum.**

**C Lectio libri sapientie. xliii.**

**B**eatus vir qui in sapientia morabitur / et qui in iustitia meditabitur: & in sensu cogitabit circumspectionem dei. Cibabit illum panem vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur / et continebit illum et non confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illum dominus deus noster. **R.** Iustus non conturbabitur, quia dominus firmat manum eius. **V.** Tota die miseretur & commodat, & semen eius in benedictione erit. **Alia. P.**

Posuisti dñe in capite ei⁹ coronā de lapide  
precioso. **C Secundum Lucam. xxii.**

**I**n illo tempore. Facta est con-  
tentio inter discipulos: quis  
eorū videretur esse maior. Dixit au-  
tem eis iesus. Reges gentium domi-  
nantur eorum / & qui potestatem ha-  
bēt super eos benefici vocātur. Vos  
autem non sic. Sed qui maior est in  
vobis: fiat sicut iunior. Et qui pre-  
cessor est: sicut ministrator. Nā quis  
maior est qui recumbit an qui mini-  
strat: Nonne qui recumbit: Ego au-  
tem in medio vestrum sicut qui mi-  
nistrat. Vos autem estis: qui permā-  
sistis mecum in tentationibus meis  
Et ego dispono vobis / sicut dispo-  
suit michi pater meus regnum: vt  
edatis et bibatis super mēsam meā  
in regno meo et sedeatis super thro-  
nos iudicantes duodecim tribus is-  
rael. **Off. Veritas mea & misericordia  
mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur  
cornu eius. Secreta.**

**M**anera tibi domine dicata sā-  
ctifica / et intercedente beato  
apollinare martyre tuo atq; pontifi-  
ce per eadem nos placatus intende.  
**Per. Cōio. Semel iuravi in sancto meo  
semen eius in eternū manebit, et sedes eius  
sicut sol ī cōspectu meo & sicut luna perfecta  
in eternū & testis in celo fidelis. Postcōio.**

**H**ec nos cōmunio domine pur-  
get a crimine: et intercedente  
beato apollinare martyre tuo atq;  
pontifice / celestis remedij faciat esse  
consoztes. **Per dominum.**

**C**hristine virginis. **Collecta.**  
**O**mnipotens sempiternus deus  
qui infirma mundi eligis / vt  
fortia queq; confundas: cōcede pro-  
pitius: vt qui beate christine marty-  
ris tue solennia colimus: ei⁹ apud  
te patrocinia sentiam us. **Per domi-  
num nostrum. Secreta.**

**H**ostias domine quas tibi of-  
ferimus propitius suscipe et  
intercedente beata christina marty-  
re tua / vincula peccatorum nostro-  
rum absolue. **Per. Postcōio.**

**B**enefici cibo potuq; celesti de⁹  
noster / te supplices exoram⁹:  
vt in cuius hec commemorazione  
percepimus: eius muniamur & pre-  
cibus. **Per dominum.**

**C Sancti Jacobi apli. Introitus.**



Ichi autē nimis  
honorati sūt ami-  
ci tui deus / nimis  
confortat⁹ est p̄i-  
cipatus eorū. **ps.**

**D**omine probasti  
me et cognouisti me:  
tu cognouisti sessionem meam & resurrectio-  
nem meam. **Collecta.**

**E**sto domine plebi tue sancti-  
ficatoz et custos: vt apostolt  
tui iacobi munita presidis / & cōuer-  
satione tibi placeat: et secreta deser-  
uiat. **Per dominum.**

**C Ad Ephesios. ii.**

**I**am non estis hospites & adue-  
ne: sed estis ciues sanctorum &  
domestici dei / superedificati super  
fundamentum apostolorum et pro-  
phetarum, ipso summo angulari la-  
pide christo iesu. In quo omnis edi-  
ficatio constructa: crescit in templū  
sanctum in domino. In quo et vos  
coedificamini in habitaculum dei /  
in spiritu sancto. **℞. Quis honorati  
sunt amici tui deus, nimis confortatus est  
principatus eorum. V. Dinumerabo eos, et  
super arenam multiplicabuntur. H. I. A.  
V. Non vos me elegistis, sed ego vos elegi,  
et posui vos vt eatis et fructum afferatis et  
fructus vester maneat.**

**C Secundum Mattheum. ii.**

**I**n illo tempore. Accessit ad ie-  
sum mater filiorū zebedei cū

## Anne matris marie.

filij suis: adorans / & petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei vn⁹ ad dexteram tuam et vnus ad sinistram tuam in regno tuo. Respondens aut̄ iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum: Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meū bibetis: sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram non est meum dare vobis / sed quibus paratū est a patre meo. **Oratio.** **In** omnē terram exiit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum.

### Secreta.

**O**blationes populi tui domine quesumus / beati apostoli tui iacobi passio beata conciliet / vt que nostris non apta sunt meritis / fiant tibi placita eius deprecatione. Per dominum nostrum. **Prefatio.** Te dñe suppliciter. **Cōio.** Tuos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. **Postcōio.**

**B**eati apostoli tui iacobi quesumus domine intercessione nos adiuua: pro cuius solennitate percipimus tua sancta letantes. Per dominum nostrum. **Eodem die christofori et cucufatis.** **Collecta.**

**D**esta quesumus omnipotēs deus: vt qui sanctorum tuorum solennia colimus: eorum etiā virtutes imitemur. Per dominum nostrum. **Secreta.**

**H**ec quesumus domine quam sanctorum tuorum natalitia recensentes offerimus: & vincula nostre prauitatis absoluat / et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dominum nostrum iesum christum. **Postcōio.**

**S**acro munere satiati supplices te domine deprecamur: vt quod debite seruitutis celebamus

officio & saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum.

**Anne matris b. virginis Marie. Introitus.**



Audeamus omnes in dño diem festum celebrātes sub honore sancte anne matris marie virginis / de cui⁹ solēnitate gaudent angeli et collaudant filiū dei.

**ps.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Gloria in excelsis deo.**

### Collecta.

**D**eus qui hodiernam diē beate anne natalitio venerabilē fecisti: cōcede propitius: vt nos qui eam genitricem tue matris cognoscimus et fatemur: ipsius apud te intercessionibus adiuuemur. Qui viuīs et regnas deus. Per omnia.

**Lectio libri sapiē. Proverbio. xxxi.**

**M**ulierem fortem quis inueniet: Procul et de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. Reddet ei bonum et non malum: omnibus dieb⁹ vite sue. Quesiuit lanam & linum: et operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis institoris: de longe portās panem suum. Et de nocte surrexit: deditq; predam domesticis suis / & cibaria ancillis suis. Cōsiderauit agrū et emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos: et roborauit brachium suum. Gustauit et vidit quia bona est negotiatio ei⁹: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manū suam misit ad fortia: et digiti eius apprehēderunt fulsum. Manū suam aperuit inopi: & palmas suas extendit ad pauperem. Non time-

Anne m

bu domini fore a frigidis  
num domesticis eius  
pioribus. Stragulatam  
sibi: bullis purpura indu  
Solus in portis vir em  
sederit cum senatoribus  
domum fecit & vendidit  
tradidit chanaan. For  
indumentū ei⁹: & rube  
ulmo. Os suum aperu  
et lex clemente in lingua  
siderant semitam domo  
nem otiosa non condat.  
vultū eius et beatissim  
cauerunt: et vir eius laud  
Bulte filie cōgregauerū  
tu supergressa es vniuers  
gratia: et bana est pulch  
lier timens deum ipsa lau  
Date et de fructu manu  
& laudēt eā in portis opera  
Popter veritatem & mansuet  
Utiam. & deducet te in vltimū de  
B. Solus in portis vir em  
quia concupiscit res speciem tuam  
B. Salve mater matris christi  
Me confendisti iubilans ad eth  
bis para curū, vt in domini vir  
mur dextera. **Alud. H. Ma.**  
ta mea et ponam in te thronum  
**Cantium sancti euange  
dum Mattheum.**  
**L**ux generationis  
filiū dauid: filiū abra  
Abraham genuit isaac / y  
genuit iacob. Iacob autem  
indam et fratres ei⁹. Judas  
genuit phares & saram de th  
phares autē genuit eorum.  
autem genuit aram. Aram  
nuit amnadab. Amnadab  
genuit naalon. Naalon aut  
nuit salmō. Salmon autem  
uoz de raab. Boos autem  
nuit et ruth. Obery autē ge

bit domui sue a frigiditate niuis: oēs enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: bissus purpura indumentū ei⁹. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terre. Syn- donem fecit ⁊ vendidit: ⁊ cingulum tradidit chanaaneco. Fortitudo et de- cor indumentū ei⁹: ⁊ videbit in die no- uissimo. Os suum aperuit sapientie et lex clementie in lingua eius. Con- siderauit semitam domus sue: et pa- nem otiosa non comedit. Surrexe- runt filij eius / et beatissimam predi- cauerunt: et vir eius laudauit eam. Multe filie cōgregauerūt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia / et vana est pulchritudo: mu- lier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manū suarum: ⁊ laudēt eā in portis opera eius. **R.**

**P**ropter veritatem ⁊ mansuetudinem ⁊ iu- stitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

**V.** Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. **A. Ite.**

**V.** Salue mater matris christi que iam fe- liciter conscendisti iubilans ad ethera, iter no- bis para tutū, vt in domini virtutū colloce- mur dextera. **Aliud. A. Ite. V.** Veni ele- cta mea et ponam in te thronum meum.

**C**onitium sancti euangelij secun- dum Mattheum.

**L**iber generationis iesu chri- sti filij dauid: filij abraham. Abraham genuit ysaac / ysaac autē: genuit iacob. Iacob autem: genuit iudam et fratres ei⁹. Judas autem: genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autē genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autē ge- nuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem ge- nuit salmō. Salmon autem: genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autē genuit ief-

se. Jesse autē: genuit dauid regē. Da- uid autem rex: genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomon autē: genuit roboam. Roboam autē: ge- nuit abia. Abia autem: genuit asa. Asa autem: genuit iolaphat. Iola- phat autem: genuit iozam. Ioram autem: genuit oziam. Ozias autē: genuit ioathan. Ioathan autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autem: genuit manassē. Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosiam. Josias autem: genuit iechoniam et fratres eius in transmigracione ba- bylonis. Et post transmigracionem babylonis: iechonias genuit sala- thiel. Salathiel autem: genuit zo- zobabel. Zozobabel autē genuit abiud. Abiud autē: genuit eliachim. Elia- chun autem: genuit azor. Azor autē: genuit sadoch. Sadoch autem: ge- nuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathan. Ma- thā autem: genuit iacob. Iacob au- tem: genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus qui vocatur chri- stus. **Offertorium.** Diffusa est gratis in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum ⁊ in seculum seculi. **Secreta.**

**D**esta quesumus omnipotēs deus / vt quod inuisibile cele- bramus sacramentum / interceden- te beata anna matre virginis glo- riose ad salutem nostrarum trāseat animarum. **Per dominum. Cōio.**

**S**imile est regnum celozum homini nego- tiatozi querenti bonas margaritas, inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua et comparauit eam. **Postōio.**

**S**umptis sacramentis quesu- mus domine intercedēte bea- ta anna matre matris vnigeniti fi- lij tui: vt nos ab hostium defendas



similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis: ut cum venerit & pullauerit / confestim aperiatur ei. Beati serui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis: quod percuciet se / & faciet illos discumbere / & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia / et si in tertia vigilia venerit: et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret / vigilaret utique / & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis veniet.

**Offerto.**  
**U**etamini in domino & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**  
**A**ccepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio / & eius nobis fiat supplicatione salutaris / pro cuius solennitate defertur.

**Per.**  
**Oratio.** Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium morti illi autem sunt in pace.

**Postoratio.**  
**S**piritu nobis domine tue charitatis infunde: ut quos uno pane celesti satiasti: intercedente beato felice martyre tuo / tua facias pietate conuolues.

**Per.** in unita eiusdem.

**Collecta.**  
**D**eus qui nos annua sanctorum tuorum solennitate letificas concede propitius: ut quorum gaudemus meritis: accedamus exemplis.

**Per.** dominum.

**Secreta.**  
**O**blatis quos domine placare muneribus / intercedentibus sanctis tuis / a cunctis nos defende periculis.

**Postoratio.**  
**H**ec nos comunio domine purget a crimine: et intercedentibus sanctis tuis celestis remedij fa-

ciat esse consortes. Per dominum.

**Abdon & Sennes. Introitus.**



**A**ttret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum / vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est.

**Ps.** Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.

**Collecta.**  
**D**eus qui sanctis tuis abdon et sennem ad hanc gloriam veniendi / copiosum munus gratie contulisti: da nobis famulis tuis suorum veniam peccatorum: ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari.

**Per.** dominum.

**Lectio libri sapien. Proverbiorum xv**

**L**ingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco: oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis lignum vite / que autem immoderata est / conteret spiritum. Domus iusti / plurima fortitudo: et in fructibus impij conturbatio. Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victimae impiorum abominabiles domino: vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustitiam diligitur a domino.

**Ps.**  
**G**loriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. **V.** Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua contregit inimicum. **A.** **V.** Te martyr candidatus laudat exercitus domine.

**Secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes.

## Ad vincula s. Petri.

tes: et simplices sicut columbe. Caue-  
te autem ab hominibus. Tra-  
dent enim vos in conciliis: & in syna-  
gogis suis flagellabunt vos. Et ad  
presides et ad reges ducemini pro-  
pter me: in testimonium illis & gēti-  
bus. Cum autem tradent vos: noli-  
te cogitare quomodo aut quid lo-  
quamini. Dabitur enim vobis in il-  
la hora quid loquamini. Non enim  
vos estis qui loquimini: sed spiritus  
patris vestri qui loquitur in vobis.  
Tradet autem frater fratrem in mor-  
tem: & pater filium. Et insurgent fi-  
lij in parentes: et morte eos afficiēt.  
Et eritis odio omnibus propter no-  
men meum. Qui autem perseuera-  
uerit vsq; in finem: hic saluus erit.

**Offi.** Mirabilis deus in sanctis suis, deus  
israel, ipse dabit virtutē & fortitudinē plebi  
sue benedictus deus.

**Secreta.**

**H**ec hostia quesumus domine  
quam in sanctorum tuorum  
natalitijs recensentes offerimus / et  
vincula nostre prauitatis absoluat  
et tue nobis misericordie dona con-  
ciliet. Per. **Cōio.** Posuerunt mortalia  
seruorum tuorum domine escas volatilibus  
celi, carnes sanctorum tuorum bestiis terre,  
secundum magnitudinem brachij tui possi-  
de filios morti punitorum. **Postcōio.**

**P**er huius domine operatio-  
nem mysterij / et vitia nostra  
purgentur: et intercedentibus san-  
ctis tuis / iusta desideria complean-  
tur. Per dominum.

**Germani epi et cōfessoris. Colle.**

**D**a quesumus omnipotēs deus  
vt beati germani confessoris  
tui atq; pontificis veneranda solen-  
nitas: et deuotionem nobis augeat  
& salutem. Per dominum. **Secreta.**

**S**ancti tui nos quesumus do-  
mine vbique letificent / vt dum  
eorum merita recolimus / patrocina

sentiamus. Per dñm. **Postcōio.**

**D**esta quesumus omnipotēs  
deus vt de perceptis muneri-  
bus gratias exhibentes: & beneficia  
potiora sumamus. Per dñm.

**Ad vincula sancti petri. Introit.**



Nunc scio vere quia  
misit dominus an-  
gelum suum & eri-  
puit me de manu  
herodis / et de omni  
expectatione ple-  
bis iudeorum. **ps.**

**D**omine probasti me et cognouisti me, tu  
cognouisti sessionem meam et resurrectio-  
nem meam. **Collecta.**

**D**eus qui beatum petrū apo-  
stolum a vinculis absolutū  
illesum abire fecisti: nostrorum que-  
sumus absolue vincula peccatorū &  
omnia mala a nobis propitiat⁹ ex-  
clude. Per dominum.

**Lectio actuum apostolorum. xij.**

**I**n diebus illis: Misit herodes  
rex manus: vt affligeret quos-  
dam de ecclesia. Occidit autem iaco-  
bum / fratrem iohannis gladio. Vi-  
dēs autem quia placeret iudeis: ap-  
posuit apprehendere et petrum. Erāt  
autem dies asinorum. Quem cum  
apprehēdisset misit in carcerem: tra-  
dens quatuor quaternionibus mi-  
litum custodiendum / volēs post pa-  
scha producere eum populo. Et pe-  
trus quidem seruabatur in carcere  
oratio autem fiebat sine intermissio-  
ne ab ecclesia ad deum pro eo. Cum  
autem producturus eum esset hero-  
des: i ipsa nocte erat petr⁹ dormiēs  
inter duos milites victus cathenis  
duabus. Et custodes ante ostium: cu-  
stodiēbant carcerem. Et ecce ange-  
lus domini astitit: et lumen refulsit  
in habitaculo. Percussitq; latere pe-  
tri: excitauit eum dicens. Surge ve-

lociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Percingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumdanda tibi vestimentum tuum: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum. Estimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam: venerunt ad portam ferream que ducit ad civitatem / que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reversus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum / et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. **R. C.** Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. **V.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, propterea populi confitebuntur tibi. **A. Halleluia. V.** Beatus es simon bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis. **Secundum Mattheum. xv.**  
**I**n illo tempore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. Alii autem heliam alii vero hieremiam: aut unum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens symon petrus: dixit. Tu es christus filius dei vivi. Respondens autem iesus: dixit ei. Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis non revelavit tibi / sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi / quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. Et

quodcumque ligaueris super terram: erit ligatum in celis. Et quodcumque solueris super terram: erit solutum in celis. **Credo. Off. C.** Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione. **Secreta.**

**O**blatum tibi domine sacrificium vivificet nos sepe et muniat. **Per. Prefatio. C.** De domine suppliciter. **C. O. V.** Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. **Postrio.**

**C**orporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine / que sumus domine deus noster: ut quod pia devotione gerimus: certa redemptione capiamus. **Per dominum.**

**Eodem die sanctorum machabe. Col.**  
**D**esta que sumus omnipotens deus: ut qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognovimus: pios apud te in nostra intercessionem sentiamus. **Per. Secreta.**

**S**acrificiis presentibus domine que intendere placatus / et intercedentibus sanctis tuis devotioni nostre proficiant et salutem. **Per. Postrio.**

**Q**uesumus omnipotens deus ut illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. **Per. C. Ipso etiam die eusebii episcopi et martyris. Collecta.**

**D**eus opus deus: ut qui beati eusebii martyris tui atque pontificis solentia columen et apud te intercessionibus adiuvemur. **Per. Secre.**

**H**ec hostia que domine emundet nostram delicta: et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora metelque sanctificet. **Per. Postrio.**

**B**enefici participatione munere sacri que sumus domine deus noster: ut cui exequimur cultum: sentiamus effectum. **Per.**

**Stephani pape et mar. Introit.**

Postrio. Omnis omnipotens percipit munera: beneficia per dominum. Introit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Collecta. Petrus apostolus in vinculis absolutus. Solom. xv. Herodes affligeret quosdam iudeos: et petrus erat in carcere: trahebatur in carcerem: et clamabat in carcere sine intermissione pro eo. Cum esset herodes dormiens: et ecce angelus et lumen refulsit: et petrus exivit de carcere. Surgit de

## Stephani pape & marty,



Acerdotes tui indua salutari & sancti eius exultatione exultabunt. **ps.** Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Glo-

ria patri.

**Collecta.**

**D**eus qui nos beati stephani martyris tui atq; pontificis annua solennitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus: de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum.

**Ab hebreos.**

**xiii.**

**H**atres. Doctrinis vtriusq; & peregrinis: nolite abduci.

Optimum est enim / gratia stabilire cor: non escis / que non profuerunt ambulatibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatem / qui tabernaculo deseruiunt.

Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum: extra portam passus est. Creamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo: id est fructum labiorum confitendum nomini eius. Beneficentie autem & communionis: nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus.

**R.** O si iusti meditabuntur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium. **V.** Lex dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius. **A. Ista.** **V.** Amavit eum dominus et ornauit eum, stola glorie induit eum.

**Secundum Lucam.**

**xix.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regio-

nem longinquam: accipere sibi regnum & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos Negotiamini dum venio. Cives autem eius oderant illum: & miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos quibus dedit pecuniam / vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine: mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone quia in modico fuisti fidelis eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto supra quinque ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: ecce mna tua: quam habui repositam in sudario. Timui enim te / quia homo austerus es: tollis quod non posuisti / et metis quod non seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum / tollens quod non posui / & metens quod non seminavi Et quare non destisti pecuniam meam ad mensam / et ego veniens / cum blaris vtriusq; eregisse illam: Et astantibus dixit. Aufer te ab illo mnam: et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine habet decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet: et quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se: adducite huc / et interficite ante me. **Offz.** Inueni dauid seruum meum oleo sancto unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**M**anera tibi domine dicata sanctifica / et intercedente beato

Sixti pape

Stephano martyre suo atq;  
per eadem nos placat  
Cito. Domine quinque  
di michi ere alia quinque  
erige serue fidelis quia in  
his supra multa te constituam  
iam domini tui.

**H**ec nos comunio de  
get a crimine: et in  
beato stephano martyre  
tifico celestis remedi facia  
tes. **Pr.** **In iudicio**  
protiomartyris fiat iudic  
tall pondon collecta  
de natalitia. vt tibi nota  
prima. **De sancto diuino**  
de sancto anthonio. folio

**Sixti pape & marty.**

**A**cerdotes dei  
dominum / sancti  
les corde laudate  
**B**enedicite omnia

domino: laudate et superexaltate

cula.

**D**eus qui conspicias  
nulla nostra virtute  
firmis: concede propitius  
cessione beati sixti martyris  
pontificis contra omnia adu  
namur. Per dominum. **C**

**liby sapientie. Proverbio**

**B**eat homo qui inuen  
tia: qui affuit pruden  
tio: est acquiescens et negotia  
genti & amicis & pariter

er. Periculis est vitis opib  
que desiderantur: hui non b  
comparari. **Logitudo dicit in d**

ra eius: & in sinistra illius: domus  
tia. **Vie eius** vte pulchritudo eius  
te illius pacifice. **Ligui** vte v  
qui apprehenderit eam: & q  
beatus. **Dns sapientia** subauit  
beatus illius eruperunt abyssi: et m  
ci.

Stephano martyre tuo atq; pōtifice/  
per eadem nos placat⁹ intēde. Per.  
**Cōio.** Domine quinque talenta tradidi-  
sti michi ecce alia quinque superlucrat⁹ sū,  
euge serue fidelis quia in pauca fuisti fide-  
lis supra multa te constituam intra in gau-  
dium domini tui. **Postcōio.**

**H**ec nos cōmunio domine pur-  
get a crimine? et intercedente  
beato stephano martyre tuo atq; pō-  
tifice celestis remedi faciat esse cōsoz-  
tes. Per. **In inuētiōe s. stephani  
prothomartyris fiat sicut in ei⁹ na-  
tali ponēdo in collecta solēntia, loco  
de natalitia, vt ibidē notatū est pa-  
prima. De sancto dñico fiat sicut  
de sancto anthonio, folio tertio.**

**Sixti pape & marty. Introitus.**  
**S**acerdotes dei benedicite  
dominum / sancti et humi-  
les corde laudate deū. **ps.**  
dio iustorum: et mittent eos  
num ignis. Ibi erit fletus  
derum. Intellexistis hec  
Dicunt. Etiam domine. At ill  
omnis uerba doctus in reg  
rum / similis est homini par  
lias qui profert de thesauro  
ua & uetera. **Oratio.** **V.** In regu  
re tuo / assisti regina a domo tuis in  
draurato circumdata benedictio.  
**H**abias tibi domine bea  
tine martyris tuas dicat  
tis / benignus assue. et ad  
tum nobis tribue prouent  
tum. Per. **Oratio.** **V.** principes  
tunc gratis, et a uerbis tuis fup  
tum. Ietabo: ego super eloquia

Emuloꝝ enim vos: dei emulatione. Despondi enim vos vni viro virgine casta: exhibere christo. **R.** Dilexisti iustitiam et odisti iniquitate. **V.** Propterea vixit te deus deus tuus oleo letitie. **A**lla. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intēde prospere procede et regna.

**Secundum Mattheum. xiii.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo / abscondit / et pre gaudio illius vadit / et vendit vniuersa que habet / & emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negotiatoꝝi: querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes / et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa / malos autem foras miserunt. Sic erit in consumatione seculi. Erubunt angeli et separabunt malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus: et stridor dentium. Intellexistis hec omnia: Dicunt ei. Etiam dñe. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum / similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo: noua & vetera. **Offz.** **H**ilie regū in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.

**H**ostias tibi domine beate Sabine martyris tue dicatas meritis / benignus assume / et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. **Per. Cōio.** **P**incipes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidauit cor meum, letaboꝝ ego super eloquia tua, si-

cut qui inuenit spolia multa, concupiuit anima mea testimonia tua domine et dilexit ea vehementer. **Postcōio.**

**D**iuini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster: vt intercedente beata sabina martyre tua: in eius semper participatione viuamus. **Per dominum.**

**In decollatione sancti Johannis baptiste. Introitus.**



**S**icut vt palma florabit: sicut cedrus libani multiplicabitur / plantatus in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. **ps.**

**B**onum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. **Gloria patri.**

**Collecta.**

**S**ancti iohannis baptiste & martyris tui domine quesumus veneranda festiuitas: salutaris auxilij nobis prestet effectum. **Per do.**

**Ad hebreos. r.**

**M**atres. Sancti ludibria et verbera experti / insuper & vincula et carceres: lapidati sunt / secti sunt / tetati sunt / in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis in pellibus caprinis: egentes / angustiati / afflicti / quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus / & in speluncis / & in cauernis terre. Et hi oēs testimonio fidei dei probati inuēti sunt: in christo iesu domino nostro. **Rz.** **P**osuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. **V.** Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labioꝝ eius non fraudasti eū.

**A**lla. **V.** Misso herodes spiculatoꝝe, precepit amputari caput iohannis in carcere.

**Secundum Marcum. v.**

**I**n illo tempore. Misit herodes ac tenuit iohannem & vinxit eū in carcerem propter herodia-

## Felicitis & adaucti marty,

dem uxorem philippi fratris sui / qz duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi et volebat occidere eum / nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit / principibus et tribunis et primis galilee. Cumq; introisset filia ipsius herodiadis / et saltasset & placuisset herodi / simulq; recumbentibus: rex ait puella. Petite a me quod vis: et dabo tibi. Et iuravit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petam? Et illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit dicens. Volo: vt protinus des michi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum / et propter simul recubentes: noluit eam contristare / sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere: & attulit caput eius in disco / & dedit illud puella. Et puella: dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. **Offertorium.**

Desiderium anime eius tribuisti ei domine, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. **Secreta.**

Hostia hec quesumus domine / quam sancti iohannis baptiste et martyris tui natalitia recensentes offerimus / et vincula nostre prauitatis absoluat / et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dñm.

**Cōio.** Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam et magnum decorem impones super eum domine. **Postcōio.**

**B**epleti domine muneribus hostie salutaris: illi quesumus orationibus adiuuemur / qui hanc pro nobis singulariter immolandam et verbo docuit: et proprii sanguinis effusione signauit. Per. **C Felicitis et adaucti martyrum.** **Introitus.**



Sapientiam sanctorum narrat populi / & laudem eorum nunciat ecclesia / nomina autem eorum uiuent in seculum seculi. **ps.** Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

**Collecta.**

Maestatem tuam domine supplices deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctorum commemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas. Per dñm.

**Lectio libri sapientie.** **v.**

Iusti in perpetuum uiuent: et apud dominum est merces eorum / et cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris / et diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua teget eos / et brachio suo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius: et armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induent pro thorace iustitiam: et accipient pro galea iudicium certum. Sument scutum impugnabile equitatem: ibunt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos: dominus deus noster. **ps.** Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malitie. **v.** Iusti sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. **Alia.** **v.** Sancti et iusti in domino gaudent, vos elegit deus in hereditate sibi

**Secundum Mattheum.** **x.**

In vigilia  
In illo tempore. D  
scipulis suis. Nihil  
tum quod non scietur.  
vobis in tenebris: dicit  
et quod in aere audire  
super tecta. Et nolite timere  
occidunt corpus / animam  
non possunt occidere: sed  
timete, qui potest animam  
perdere in gehennam. Nihil  
passeres alle beneunt: et  
his non cadet super terram  
tre bestio: celsi autem  
pilis: omnes numerati sunt  
ergo timete: multis passio  
hiores estis vos. Omnis qui  
fitebitur me coram hominibus  
fitebor et ego eum coram patre  
qui est in celis. **Offertorium.**  
domino & equitate iusti & gloriati  
viri corde.  
Hostias domine tue  
tende et quas in honore  
rum tuorum deuota mentis  
proficere sibi sciat ad salu  
**Cōio.** Quod dico vobis in  
te in lumine dicit dominus, et qui  
auditis predicate super terra.  
**B**epleti domine mun  
eribus: quesumus vt u  
tibus sanctis tuis / in gratia  
per actione maneamus. **Ps.**  
**Psalmus.**  
**A**d dno domine sup  
bus nostris: vt qui et  
fate nostra reos nos esse cog  
mus: beati psalmi martyris tu  
cessione liberemur. **ps.**  
**M**embris nostris que  
domine precibus solus  
n celestibus nos munda my  
ndementer exaudi. **ps.**  
**Q**uesumus omnipotens  
vt qui celestia alimeta p  
n.

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nichil enim operatum quod non reuelabitur / et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus / animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeret asse veneunt / et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: Vestri autem capilli capitis: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis. **Offerto.** **V**etamini in domino & exultate iusti & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

**H**ostias domine tue plebis intende et quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrat proficere sibi setiat ad salutem. **Per.** **Coio.** **Q**uod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus, et quod in aure auditis predicate super tecta. **Postcoio.**

**R**epleti domine muneribus sacris: quesumus vt intercessionibus sanctis tuis / in gratiarum sepe actione maneamus. **Per dñm.** **Prisci martyris. Collecta.**

**A**desto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati prisci martyris tui intercessionem liberemur. **Per.** **Secreta.**

**M**uneribus nostris quesumus domine precibus susceptis / et celestibus nos munda mysterijs et clementer exaudi. **Per.** **Postcoio.**

**Q**uesumus omnipotens deus vt qui celestia alimeta percipi.

pinus: intercedente beato prisco martyre tuo per hec contra omnia aduersa muniamur. **Per.** **Eode die Egidii abbatis de quo fiat sicut de sancto benedicto. folio. xi.**

**Marcelli martyris. Collecta.** **R**esta quesumus omnipotens deus: vt qui bñi marcelli martyris tui natalitia colimus: intercessionem eius in tui nominis amore roboreremur. **Per.** **Secreta.**

**M**uneribus nostris quesumus domine precibus susceptis / et celestibus nos munda mysterijs & clementer exaudi. **Per.** **Postcoio.**

**D**a quesumus domine deus noster: vt sicut tuorum commemoratione sanctorum / temporalis gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. **Per dñm.** **Eurcii episcopi et confessoris. Collecta.**

**D**eus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus concede propitius / vt intercessionem beati eurcii confessoris tui atque pontificis / contra omnia aduersa muniamur. **Per dñm.** **Secreta.**

**D**a misericors deus: vt hec nos salutaris oblatio / et a proprijs reatibus indesinenter expediat / et ab omnibus tueatur aduersis. **Per dominum.** **Postcoio.**

**R**esta quesumus domine deus noster: vt quorum festiuitate votiuia sunt sacramenta: eorum salutaria nobis intercessionem reddantur. **Per.** **In vigilia seu pro festo natiuitatis b. Marie. Salve sancta parens. Gloria in excelsis. et cetera sicut in sabbatis. Alleluia. Virga iesse. Prefa. Et te in veneratione. In natiuitate sancte dei genitricis Marie. Introitus.**

t

## In natiuitate b. Marie.



Audeamus omnes in dño diem festū celebrantes sub honore marie virginis de cuius natiuitate gaudent angeli & colaudant filium dei. **ps** **A**ructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

### Collecta.

**A**mulis tuis domine celestis gratie munus impartire / vt quibus beate virginis partus extitit salutis exordiu: natiuitatis eius votiu solennitas / pacis tribuat incrementum. Per dominum.

### Lectio libri sapientie. **xxiii.**

**E**go quasi vitis fructificauit suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis: et sancte spei. In me gratia omnis vite et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea: in generatione seculorū. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidunt me: vitam eternam habebunt.

**R.** Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Audi filia et vide, et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

**A**lleluia. **V.** Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid.

**I**nitium sancti euangelij secundum Mattheum.

**I**ber generationis iesu christi filij dauid: filij abraham. Abraham genuit ysaac / ysaac autem: genuit iacob. Iacob autem: genuit iudam et fratres eius. Iudas autem: genuit phares & zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason. Naason autem genuit salmō. Salmō autem: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem: genuit iesse. Iesse autem: genuit dauid regē. Dauid autem rex: genuit salomonem ex ea que fuit brie. Salomon autem: genuit roboam. Roboam autem: genuit abia. Abia autem: genuit asa. Asa autem: genuit iosaphat. Iosaphat autem: genuit iozam. Iozam autem: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathan. Ioathan autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autem: genuit manassē. Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosiam. Iosias autem: genuit iechoniam et fratres eius in transmigracione babilonis. Et post transmigracionem babilonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem: genuit zoro babel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem: genuit eliachim. Elichim autem: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem: genuit mathan. Mathan autem: genuit iacob. Iacob autem: genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus qui vocatur christus. **Offertorium.** **H**elix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christus deus noster alleluia.

**Secreta.**

**G**enerati tui domine  
natus de virgine matris  
tem non minuit sed sacra  
mentis eius solennis  
pietatis crucis / oblat  
libi faciat acceptam. **Pr**  
**Oratio.** Et te in natiuitate  
marie. que etiam per  
**B**eata uiscera matris virginis  
uerunt eteri patris filium.  
**S**implimus dñe  
annue uoluntate  
pacta q̄s / vt q̄ temporalis  
remedia prebeant et eter  
**C**ode die aduam mar  
**P**rofecta que sumus  
de: vt qui beati  
tyris tui natalitia colum  
ctis malis imminebus  
cessione liberemur. **Per.**  
**O**blatis que sumus  
tate muneribus et im  
te beato aduam marty  
ctis nos defende peccatis  
minum nostrum.  
**S**it nobis dñe repa  
tis & corporis celest  
vt cuius exequimur actio  
namus effectum. **Per.**  
**O**rtua natiuitatis fiat  
**C**orponi martyris. **I**  
Iosa et honore  
rum. et consistit  
per opus mar  
rum. **Plimus.**  
dominus noster quem  
men tuum in uniuersa terra.  
**B**eati gorgonius do  
ueant continuata  
to desinis propitius inuen  
tibus auxilijs concedere  
n. Per dominum nostru  
fium filium tuum.  
**C**lectio libri sapientie.

**U**rgeniti tui domine nobis succurrat humanitas / vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit sed sacrauit / in natiuitatis eius solēnijs a nostris nos piaculis eruēs / oblationem nostrā sibi faciat acceptam. Qui tecum.

**Prefatio.** Et te in natiuitate beate marie. **que etiam per octa. de Cōio.**

**Beata** viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. **Postcōio.**

**S**implimus dñe celebritatis annue votiuia sacramenta / presta q̄s / vt & tēporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. **Per.**

**Eodē die adriani mar. Collecta.**

**R**esta quesumus omnipotēs de⁹: vt qui beati adriani martyris tui natalitia colimus / a cunctis malis imminētibus / eius intercessione liberemur. **Per. Secreta.**

**O**blatis quesum⁹ domine placare muneribus / et intercedente beato adriano martyre tuo / a cunctis nos defende periculis. **Per dominum nostrum. Postcōio.**

**S**it nobis dñe reparatio mentis & corporis celeste mysteriū vt cuius exequimur actionem / sentiamus effectum. **Per. Per octa. & in octaua natiuitatis fiat sicut in die.**

**Gorgonij martyris. Introitus.**

**G**loria et honore coronasti eum / et constituisti eum super opera manuum tuarum. **Psalmus. Domine**

dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. **Collecta.**

**B**eati gorgonij nos domine foueant continuata presidia: qz nō desinis propitius intueri / quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. **Per dominum nostrū iesum christum filium tuum.**

**Lectio libri sapientie. iij. ci.**

**I**ustus si mortē preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est nō diuturna: neq; numero annorum computata. Cauti sunt autē sensus hominis: et etas senectutis via immaculata. Placens deō factus dilect⁹: et viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius: aut ne fictio deciperet animā illi⁹. Cōsummat⁹ in breui expleuit tēpora multa: placita enim deo erat anima illi⁹. Propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū: qm̄ gratia dei et misericordia est in sc̄tōs ei⁹ / et respectus in electos illius. **Ps. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Desideriū anime ei⁹ tribuisti et et voluntate labiorū eius non fraudasti eum.**

**Alleluia. Ps. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis.**

**Secundum Lucam. It.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum / et tollat crucē suam quotidie / & sequatur me. Qui em̄ voluerit animā suā saluam facere: perdet illam. Nam qui perdiderit aiām suā ppter me: saluam faciet illā. Quid em̄ proficit homo si lucrētur vniuersū mūdum, se aut ipsū perdat & detrimentum sui faciāt: Nam qui me erubuerit et meos sermones: hunc fili⁹ hominis erubescet / cum venerit in maiestate sua / et patris et sanctorū angelorū. Dico autem vobis: vere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videāt regnū dei. **Offz.**

**Posuisti domine in capite eius coronā de lapide precioso, vitam petiit et tribuisti ei alleluia. Secreta.**

**A**desto dñe precibus populī tui adesto munerib⁹ / vt que t ij

## Prothi & yacinthi

sacris sunt oblata mysterijs / tuorum  
placeant intercessione sanctorum.

**Per. Cōio.** Magna est gloria eius in sa-  
lutari tuo, gloriā et magnum decorem impo-  
nes super eum domine. **Postcōio.**

**S**implimus dñe pignus redē-  
ptionis eterne: sit nobis que-  
sumus interueniente beato gorgo-  
nio martyre tuo / vite presentis auxi-  
lium / pariter et future. **Per.**

**Prothi et yacinthi. Introitus.**

**A**dicant sancti gētes & do-  
minātur populis / & regna-  
bit dñs deus illorum in per-  
petuū. **Ps.** Exultate iusti in  
dño: rectos decet collaudatio. **Collecta.**

**B**cati prothi nos dñe et yacini-  
thi foueat preciosa cōfessio: &  
pia iugiter intercessio tueatur. **Per.**

**Lectio libri sapientie.**

**R**eddet deus mercedē laborū  
sanctorum suorum: et deducet  
illos in via mirabili. Et fuit illis in  
velamento diei / et in luce stellarum  
nocte. Transtulit illos mare rubrū:  
et transuerit illos per aquam nini-  
am. Inimicos autē illorum demer-  
sit in mare: & ab altitudine inferorum  
eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spo-  
lia impiorum: et decantauerunt do-  
mine nomen sanctū tuū. Et victricem  
manum tuam laudauerūt pariter:  
dñe deus noster. **V.** Exultabunt sancti  
in gloria, letabuntur in cubilibus suis. **V.**

Cantate dño canticum nouum, laus eius in  
ecclesia sanctorum. **A. Ista. V.** Te marty-  
rum candidatus laudat exercitus domine.

**Secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus di-  
scipulis suis. Cū persequentur  
vos in ciuitate ista: fugite in aliam.  
Amē dico vobis: nō consumabitis  
ciuitates israel / donec veniat filius  
hominis. Non est discipulus super  
magistrū: nec seruus super dñm su-

um. Sufficit discipulo vt sit sicut  
magister eius: et seruus sicut dominus  
eius. Si patrem familias beelzebub  
vocauerunt: quanto magis dome-  
sticos eius: Ne ergo timueritis eos.  
Nichil enim opertū quōd nō reuelabi-  
tur / et occultum quod non sciatur.  
Quod dico vobis in tenebris dicite  
in lumine. Et quod in aure auditis:  
predicate super tecta. Et nolite time-  
re eos qui occidunt corpus / animā  
autem non possunt occidere: sed po-  
tius eum timete, qui potest animam  
et corpus perdere in gehēnam. Nō-  
ne duo passerēs esse beneunt / et vnus  
ex illis non cadet super terram sine  
patre vestro: Vestri autē & capilli ca-  
pitis oēs numerati sūt. Nolite ergo  
timere: multis passeribus meliores  
estis vos. Quis ergo qui confitebitur  
me coram hoibus: confitebor & ego  
eum corā patre meo qui est in celis.

**Off.** Gloriantur in te omnes qui dili-  
gunt nomen tuum, quoniam tu domine be-  
nedices iustis: dñe vt scuto bone voluntatis  
tue coronasti nos. **Secreta.**

**P**ro sanctorum tuorum prothi  
& yacinthi munera tibi dñe cō-  
memoratione que debemus exsolui-  
mus / presta quōs vt remedium nobis  
perpetue salutis operetur. **Per. Cō.**

**Q**uod dico vobis in tenebris dicite in lu-  
mine dicit dñs: et quod in aure auditis pre-  
dicare super tecta. **Postcōio.**

**A**percepta nos dñe tua scā  
purificent: beati prothi & ia-  
cynthi quesumus imploret oratio. **Per.**  
dominum nostrum.

**Corneli et cypria. mar. Introitus.**

**S**acerdotes dei benedicite  
dñm / sancti et humiles cor-  
de laudate deum. **Ps.** Ben-  
dicite omnia opera dñi domino:  
laudate & superexaltate eum in secula. Glo-  
ria in excelsis. **Collecta.**

Corneli

**I**nfirmum nostrum  
propitius respice: et  
que iuste meremur: sancti-  
rum intercessione auerte.  
**Secundum librum sapientie.**  
**E**xpectatio iustorum  
speres autem impio-  
rum. Fortitudo simplicis  
bit: et pauor his qui oper-  
antur iniquum. Iustus in eternum non  
timebitur: impius autem non  
in terra. Quis iusti partum  
lingua prauorum peribit:  
si considerant placita: et  
rum perueria. Simplicitas  
diriget eos: et supplantat  
eorum bastabit illos. Iustus  
rum liberabit eos: et in i-  
cipientur iniqui. Iustus  
sua sua liberatus est: et tu-  
pius pro eo. Simulatores  
amicum suum: iusti autem  
buntur scientia. In bonis  
exaltabitur ciuitas: et in p-  
impiorum erit laudatio. In  
etione iustorum exaltabitur  
**V.** Time dominum omnes  
quoniam nichil deest timendum  
Inquirentes autem dominum  
omni bono. **A. Ista. V.** Se-  
minis nos in sanctis suis.  
**Secundum Lucam.**  
**I**n illo tempore. Dicit  
tibus iudiciorum: & p-  
sacerdotum. Quibus qui  
monumenta prophetarum  
autem vestri occiderunt illos  
ferro testificamini quod con-  
operibus patrum vestrorum: quod  
quidem ipsi occiderunt eos. Et  
edificatis eorum sepulchra. Quod  
ia et sapientia dei dicit. Quod  
illos prophetas et apostolos  
occidit & persequentur: b-  
tunt sanguis omnium prop-

**I**nfirmitatem nostram q̄s dñe propitiuſ respice: et mala oīa que iuste meremur: sanctorum tuorum intercessione auerte. Per.

**Lectio libri sapientie.** x.

**E**xpectatio iustorum letitia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis via domini: et pauor his qui operantur malum. Iustus in eternum nō commouebitur: impij autem nō habitabūt in terra. Os iusti parturit sapientiā lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: et os impiorum peruersa. Simplicitas iustorū diriget eos: et supplantatio peruersorum vastabit illos. Iustitia rectorum liberabit eos: et in insidijs suis capientur iniqui. Iustus de angustia sua liberatus est: et tradetur in pius pro eo. Simulatoꝝ ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas

**U** time te dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. **P̄.** Inquirentes autem dominum non deficiēt omni bono. **A**lleluia. **V̄.** Mirabilis dominus noster in sanctis suis.

**Secundum Lucam.** xi.

**I**n illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum: & principibꝯ sacerdotum. Ne uobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem ueſtri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibꝯ patrū ueſtroꝝ: quoniam quidem ipsi occiderunt eos, uos autē edificatis eorū sepulchra. Propter ea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos: et ex illis occidēt & persequentur: ut inquiratur sāguis omnium prophetarū

ci.

qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista / a sanguine abel vsq; ad sanguinem zacharie qui perijt inter altare et edem. Ita dico uobis requiretur ab hac generatione. Ne uobis legisperitis quia tulistis clauem scientie: et ipsi non introistis / et eos qui introbant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere / & os eiꝯ opprimere / de multis insidiantes ei / & querentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum. **Oratorium.** **A** et amini in domino et exultate iusti & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**

**A**desto domine supplicationi bꝯ nostris / quas i ſctōꝝ tuorū cōmemoratione deferimꝯ / ut qui nostre iustitie fiduciam nō habemꝯ eorū qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per. **Coio.** Iustorum anime in manu dei sunt et non tangeſ illos tormētum malitie, uisi sunt oculis insipientium moꝝ illi autem sunt in pace. **Postcoio.**

**Q**uesumus dñe salutaribus repleti mysterijs: ut quozum solennia celebramus: eorū orationibus adiuuemur. Per.

**In exalta. l. crucis. Introitus.**



Os autem gloriaꝝ dñi n̄i iesu christi in quo est salus uita & resurrectio nostra per quē saluati et liberati sumꝯ.

**ps.** **D**eus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet uultum suum super nos et misereatur nostri. **Collecta.**

**D**eus qui unigeniti tui domini nostri iesu christi precioso sanguine humanum genꝯ redimere dignatus es: cōcede propitiuſ / ut qui ad adorandam uinificā crucem

t. iij

discipulo ut sit sicut  
et seruꝯ sicut dominꝯ  
familiā beatus  
quanto magis dome  
ergo timueritis eos.  
peritū qd nō reuelabi  
quod non scietur.  
bis in tenebris dicite  
qd in aure auditis:  
recta. Et nolite time  
re corpus / animā  
aut occidere: sed po  
qui potest animam  
in gehēnam. Nō  
te ueneunt et uis  
super terram sine  
stri aut & capilli ca  
ati sūt. Nolite ergo  
alleribus meliores  
o qui confitebitur  
confitebor: & ego  
qui est in celis.  
in te omnes qui dñi  
oniam tu domine be  
rato bone uoluntatis  
**Secreta.**  
um tuorū profi  
numera tibi dñe cō  
e debemus exsolui  
remedium nobis  
peritū. Per. **Cō.**  
tenebris dicite in lu  
o in aure auditis p̄:  
**Postcoio.**  
a nos dñe tua sc̄a  
e beati profi & tā  
ploꝝ et oratio. Per.  
am.  
a. mar. **Introitus.**  
tes dei benedicite  
uncti et humilis coz  
ate deum. **ps.** **B̄.**  
mia opera dñi domino:  
ate eum in firma. **Glo**  
**Collecta.**

## In exaltatione s. crucis

aduentunt: a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eundem.

**Collecta.** Ecclesie non dicitur.

**Ad philippenses.**

**H** Ratres. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omne genu flectatur / celestium terrestrium / et infer-

nozum. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus iesus christus in gloria est dei patris. **R.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem mortem autem crucis. **V.** Propter quod & deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

**Alfa.** Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum.

**Secundum iohannem.**

**I**n illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia christus manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis: Quis est iste filius hominis: Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quod vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: ut filii lucis sitis. **Aredo.**

**Offy.** Verbum crucis pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt id est nobis virtus dei est alleluia.

**Secreta.** Quotas domine humilitatis nostre preces et hostias misericordie tue precedat auxilium / et salutem

quam per adam in paradiso ligni clauserat temeraria presumptio / ligni rursum fides aperiat. Per dominum

**Prefatio.** Qui salutem. **Comunio.**

Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster.

**Postco.** Quiesumus ois deus: ut quos diuina tribuis participatioue gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per. **Nichomedis martyris.**

**A**desto domine populo tuo: ut beati nichomedis martyris tui merita preclara suscipiens: ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrocinis adiuuemur. Per dominum.

**Secreta.** Accipe domine munera propitiis oblata / que maiestati tue beati nichomedis martyris commendat oratio. Per.

**Postco.** Purificent nos domine sacramenta que sumpsimus: et intercedete beato nichomede martyre tuo / a cunctis efficiant vitijs absolutos. Per. **Eufemie virginis et martyris.**

**Introitus.** Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione. **ps.** Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi.

**Collecta.** Omnipotens sempiternus deus qui infirma mundi eligis: ut fortia queque confundas: concede propitiis: ut qui beate eufemie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum.

**Lectio libri sapientie. Ecclesiastici.**

**ii.** Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluato-

Eufemie

... meum. Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluato-  
... quoniam adiutor et pro-  
... es michi: liberaasti me  
... per dominum. A laqueo  
... et a labris operantium  
... Et in conspectu adu-  
... es michi adiutor: et libe-  
... di multitudinem miseri-  
... nis tui. Ar rugiens: pa-  
... etia: de manibus quere-  
... meam: & de portis tribu-  
... circumdederunt me. A pro-  
... que circumdedit me: et in  
... non sum estuata. De alim-  
... tris inferi: & a lingua co-  
... a verbo medari. Aruge-  
... gua inuisa. Laudabo  
... tem aia mea domine: & vi-  
... pinguis erat in miseri-  
... Circumdederunt me  
... erat qui adiuarret. Ego  
... ad adiutorium hominum  
... rat. Hemorata sum in  
... tue domine et coopera-  
... que a leculo sunt. Quom-  
... sustinenteste: & libera-  
... nu angustie / domine de-  
... specie tua et pulchritu-  
... de prospere procede et regna-  
... ritatem et mansuetudinem et  
... dunt te mirabiliter dextera tu-  
... Diffusa est gratia in labiis  
... benedicti: tu deus in eternum.  
... **Lectio sancti euangelii**  
... **Matthaeum.**  
... **I**n illo tempore. Dixit  
... scipulis suis parabo-  
... Simile est regnum celorum  
... virginibus: que accipiente-  
... ves suas exierunt domum  
... sponse. Quinq; autem ex-  
... me: et quinq; prudentes. S-  
... que fatue: acceptis lampi-  
... mplerunt oleum secum.  
... uno: acceperunt oleum in  
... ti.

rem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor et protector factus es michi / & liberaisti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantium mendacium. Et in conspectu astantium factus es michi adiutor: et liberaisti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. A rugientibus preparatis ad escam: de manibus querentium animam meam / & de portis tribulationum que circumdederunt me. A pressura flame que circumdedit me: et in medio ignis non sum estuata. De altitudine ventris inferi / & a lingua coquinata et a verbo mendacii. A rege iniquo: & lingua iniusta. Laudabit vobis ad mortem anima mea dominum: & vita mea appropinquans erat in infernum deorsum. Circumdederunt me undique: et non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum: et non erat. Demorata sum misericordie tue domine et cooperationis tue: que a seculo sunt. Quoniam eruis sustinentes te / & libera eos de manu angustie / domine deus noster.

**R. S**pecie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. **V.** Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam & deducet te mirabiliter dextera tua. **Alia. V.** Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum.

**Lectio sancti evangelii secundum Mattheum. xxv.**

**I**n illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis / parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas / exierunt obviam sponso & sponse. Quinq; autem ex eis erant fatue: et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue: acceptis lampadibus non sumplerunt oleum secum. Prudentes vero: acceperunt oleum in vasis suis

cum lampadibus. Horam autem faciente sponso dormitauerunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autem: sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem iret emere venit sponso. Et que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua. Novissime vero veniunt et relique virgines: dicentes. Domine / domine: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaque: quia nescitis diem neque horam. **Offertorium.**

**O**fferentur regi virgines proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione adducuntur in templum regi domino. **Secreta.**

**R**esta quesumus domine deus noster: ut sicut in tuo conspectu mors est preciosa sanctorum / ita eorum merita veneratum accepta tibi reddatur oblatio. **Per dominum.**

**Oratio.** Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas inuentabna preciosa margarita dedit omnia sua et comparavit eam. **Posteriorio.**

**S**anctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramentorum & intercessio beate eufemie martyris tue tibi reddat acceptos. **Per dominum.**

**Eodem die Lucie et Gemmiani martyrum. Collecta.**

**R**esta domine precibus nostris cum exultatione prouectum: ut quorum diem passionis annua deuotione recolimus: etiam fidei constantiam subsequamur. **Per dominum nostrum.**

Secreta. t iij

am in paradiso ligni  
 raria presumptio / li-  
 nes aperiat. Per dnm  
 salutem. **Commuo.**  
 cis de inimicis nostris lu-  
 set.  
**Postorio.**  
 is ops deus: ut quos  
 ribus participatioe  
 aris non sinas libita-  
 der. **Antiphona**  
**Collecta.**  
 domine populo tuo:  
 nichomedis marty-  
 etlara suscipiens:  
 a misericordia tua  
 rimis adiuuemur.  
**Secreta.**  
 e munera propiti  
 e maiestati tue bea  
 martyris commen-  
**Postorio.**  
 s dne sacramen-  
 umus: et interce  
 de martyre tuo/  
 vitis absolutos  
**Virgins et mar-**  
**Introtus.**  
 num deprecabun-  
 nes diuites plebis:  
 tur regi virgines  
 proxime eius ad-  
 itia et exultatio-  
 meum verbu bonu  
**Collera.**  
 sempiternae deus  
 mundi eligis: ut  
 fundas: concede  
 eate eufemie mar-  
 a colimus: eius a-  
 sentiamus. **Per**  
 m.  
**Oratio.** **Oratio.**  
 li.  
 tibi domine rec: et  
 o te deum saluato.

## In vigilia s. Matthei.

**Q**uia populi tui domine propitiatus intende / et quorum nos tribuis solennia celebrare / fac gaudere suffragiis. **Per. Postcōio.**

**A**audi dñe preces nostras? et sanctorum tuorum quorum festa solenniter celebramus / continuis foueamur auxilijs. **Per dñm.**

**De sancto lamberto sicut de sancto thoma cantuariensi folio primo preter collectam secretā et postcomunionem sequentes. Collecta.**

**D**eus qui nos beati lamberti martyris tui atq; pontificis annua solennitate letificas? concede propitius: vt cuius natalitia colimus? de eiusdem etiam protectione gaudeamus. **Per. Secreta.**

**M**erita tibi domine dicata sanctifica / et intercedente beato lamberto martyre tuo atq; pontifice / per eadem nos placat? intende. **Per dominum nostrum. Postcōio.**

**H**ec nos cōmunio domine purget a crimine: et intercedente beato lamberto martyre tuo atque pontifice / celestis remedij faciat esse consoztes. **Per dominum.**

**Sequani abbatis. Collecta.**  
**I**ntercessio nos quesumus domine beati sequani abbatis commendet: et quod nostris meritis non valemus? eius patrocinio assequamur. **Per. Secreta.**

**S**acris altaribus domine hostias superpositas / sanctus sequanus quesumus in salutem nobis prouenire deposcat. **Per dominum nostrum. Postcōio.**

**P**rotegat nos domine cū tui perceptione sacramēti beat? sequanus abbas pro nobis intercedendo? vt conuersationis eius experiamur insignia. **Per dominum.**

**Si vigilia sancti matthei in die.**

**bus ieiuniorum euenerit intermittatur missa de vigilia. Collecta tamē de vigilia ad missam de ieiunio dicatur. In vigilia sancti Matthei.**

**Introitus.**

**B**eo autem sicut oliua fructificauit in domo domini / speravi in misericordia dei mei: et expectabo nomen tuum quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. **ps.**

**Q**uid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate. **Collecta.**

**Q**uesumus omnipotens deus: vt beatus mattheus apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatib? absoluti? a cunctis etiam periculis exuamur. **Per dominum. Lectio libri sapientie. Proverbiorum. iij.**

**B**eatus homo qui inuenit sapientiam: et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti et auri: primi et purissimi fructus ei?. Preciosior est cunctis opibus: et omnia que desiderantur huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illi? diuitie et gloria. Vire ei? vite pulchre: et omnes semite illius pacifice. Lignum vite est his qui apprehenderint eam: et qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientia fundauit terram: stabiliiuit celos prudentia. Sapientia illi? eruperūt abyssi: et nubes rore concrescunt. **Ps. I. ut?** vt palma flozabit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. **V. Ad annūciandum mane misericordiam tuam et veritatē tuam per noctem. Si in dñca veneris.**

**A**lleluia. **V. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis.**

**Secundum Lucam. b.**

**I**n illo tempore. Vidit ies? publicanum nomine leui seden-

In na

am ad thesaurum: et ait  
me. Et reliquit omnib?  
secutus est eum. Et fecit  
magnum leui in domo  
turba multa publican  
rum qui cum illis erant  
tes. Et murmurabat ph  
de eorum: dicentes ad d  
Quare cum publicanis  
ribus mandatis et d  
spondens iesus: dixit ad  
egent qui iam sunt medi  
male habent. Non enim  
re iustos: sed peccatores a  
tiam. **Off. Gloria et h  
eum et constituit eum super  
tuarum domine.**

**S**acrarium tibi  
nus offerim? qu  
ther solennia rezolentes  
nem quoz nostris meriti  
ram? **Per. Cōio. Redu  
te et coponā de lapide precioso**

**P**etris domine  
tis suppliciter ro  
intercedente beato mat  
lo tuo / que pro illius ben  
rimus passione: nobis  
medelam. **Per. In n  
Matthei euangelij.**

**M**atthei autem  
nozati sunt  
deus / nimis  
tus est princ  
rum. **Is. D  
bali meo cogn**

cognouisti sessionem meam et  
nem meam.

**A**ngeli illustra: vt beati  
mangeliste illuminata  
ad dona perueniat sepe

**Ad ephesios.**

**E**t fratres. Unicus  
ta est gratia: secun

# In natali S. Matthei. Jo. xlv.

tem ad theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus: surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui: in domo sua. Et erat turba multa publicanorum: et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei & scribe eorum: dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens iesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. **Offiz.** Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

**Secreta.**

**S**acrandum tibi domine munus offerimus: quo beati matthei solennia recolentes / purificationem quoque nostris mentibus imploramus. **Per. Cōio.** Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso. **Postcōio**

**P**receptis domine sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedente beato mattheo apostolo tuo / que pro illius veneranda gerimus passione: nobis proficiat ad medelam. **Per. C.** In natali sancti Matthei euangeliste. **Introitus.**



**M**ichi autem nimis honorati sunt amici tui deus / nimis confortatus est principatus eorum. **ps.** Domine probasti me et cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam.

**Collecta.**

**A**ccelsam tuam domine benignam illustra: ut beati matthei euangeliste illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. **Per.**

**Ad Ephesios. iiii.**

**A**matres. Unicus nostrum data est gratia: secundum men-

suram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est / nisi quia & descendit primum in inferiores partes terre: Qui descendit: ipse est et qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos / quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas / alios autem pastores & doctores / ad consummationem sanctorum / in opus ministerij / in edificationem corporis christi donec occurramus omnes in unitatem fidei / et agnitionis filii dei / in uirum perfectum / in mensuram etatis: plenitudinis christi. **Ps.** Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. **Ad innumerabiles** eos et super arenam multiplicabuntur. **Alia. Ps.** Non vos me elegistis sed ego vos elegi, et posui vos ut eatis & fructum afferatis, et fructus bestiarum maneat.

**Secundum Mattheum. ix.**

**I**n illo tempore. Cum transiret in theloneo mattheum nomine / et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes / discumbabant cum iesu et discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister bestiarum? At iesus audiens: ait. Non est opus ualentibus medicus: sed male habentibus. Euntes autem: discite quid est / misericordiam uolo & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos: sed peccatores. **Crede. Offiz.** In omnem terram exiit sonus eorum & in fines orbis terre uerba eorum. **Secreta.**

## Mauricii cum socijs.

**S**uscipe munera domine que in eius tibi solennitate deferimus / cuius nos confidimus patrocinio liberari. **Per. Prefatio.** Te domine suppliciter **Cōio.** Ego vos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat. **Postcōio.**

**B**efecti cibo potuq; celesti deus noster: te supplices deprecamur: ut in cuius hec commemorazione percepimus: eius muniamur et precibus. **Per dominum.**

**Mauricii socioꝝumque eius martyꝝum.**

**Introitus.** Alius autem iustozum a domino: et protector eoz est in tempore tribulationis. **ps.**

**N**oli emulari in malignantibus neq; zelaueris facientes iniquitatem.

**Gloria in excelsis. Collecta.**

**D**eus qui nos cōcedis sanctorum martyꝝum tuozū: mauricii socioꝝumq; eius natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eozum societate gaudere. **Per.**

**LECTIO epistolę beati Pauli apostoli. Ad hebreos.**

**H**ereditatem. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam / adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis / effugarūt aciē gladij / conualuerunt de infirmitate / fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exteroꝝum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt non suscipientes redemptionem ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti / insuper et vincula et carceres: lapidati sunt / secti sunt / tentati sunt / in occisione gladij mortui sunt. Circuierūt in melotis / in pellibus caprinis: egētes / angustiati / afflicti / quibus di-

gnus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus / et in speluncis / et in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuēti sunt: in christo iesu domino nostro. **Respon.**

**G**loriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate facies prodigia. **D.** Dexterā tuā domine glorificata est in virtute dexterā manus tuā confregit inimicū.

**Alia. p.** Sancti et iusti in domino gaudent, vos elegit deus in hereditatem sibi.

**Secundum Mattheum. b.**

**I**n illo tempore. Videns turbas iesus: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsozum est regnum celoꝝum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabūtur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabūtur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsozum est regnum celoꝝum. Beati eritis cum maledixerit vobis homines / et persecuti vos fuerint / et dixerint omne malum aduersum vos mentientes: propter me. Gaudete in illa die et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. **Offerto.** Mirabilis deus in sanctis suis, deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia.

**Secreta.**

**M**unera tibi domine nostre deuotionis offerim / que et pro tuozum tibi grata sunt honore iustozum / et nobis salutaria te miserate reddatur. **Per. Cōio.** Posuerūt moꝝ-



**Exultate in domino: recitatio laudario.**

**P**rofectus quidam orator deus: ut quicquid vultis: a cunctis malis liberemur. **Per dominum.**

